

9.







Eine genaue Beschreibung dieser Hschrift. von Bethmann. s. in Pertz, Archiv d. Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtskunde. 8. (1843.) p. 844.

Aus Minden stammend
vom Jahre 1024.


Ex
Biblioth. Regia
Berolinensi.



NCIPI
VNT TRO
PI INDI
VERSIS
FESTIUITATI
BVS CANENDI

IE

N

TANOBIS ST.

biliter

ante tempora patri

patre generat

bus



NCIPI
VNT TRO
PI IN DI
VERSIS
FESTIVITATI
Bꝰ CANENDI



ODIE CANTANDUS EST

nobis puer quem gignebat ineffabiliter
ante tempora pater et eundem sub tem
pore generavit inclita mater.

Quis est iste puer quem tam magnis pre
coniis dignum vociferatis dicite nobis
ut conlaudatores esse possimus.

Hic enim est quem presagus & electus sym-
mista dei ad terras uenturum preuidens
longe ante prenotauit sicque predixit.

PUER NATUS EST NOBIS ET FI-
LIUS DATUS EST NOBIS

Quem uirgo maria genuit.

CUIUS IMPERIUM SUPER HUME-
RUM EIUS ET UOCABITUR
NOMEN EIUS

Nomen eius emmanuel uocabitur.

MAGNI CONSILII ANGELUS.

PSAL. CANTATE DOMINO

Hic enim est de quo prophete cecinerunt.

3

dicentes.

PUER NATUS EST NOBIS.

GLORIA AMEN.

Cuius potentissimus.

PUER NATUS EST NOBIS ET FIL

ALLELUIA

Laus tibi xpe quia hodie cum magna

luce descendisti dicite domino eia

ALLELUIA

Dies sanctificatus illuxit nobis

Dies sanctificatus illuxit nobis

Venite gentes & adorate dominum

Venite gentes & adorate dominum.

Quia hodie descendit lux magna sup terram.

Quia hodie descendit lux magna sup terram.

OF Omnipotens rgye qui ante secula cum summo parente es conditor orbis quiq; hodie de matre carnaliter processisti.

OF TUI SUNT CAELI

CO Hodie pectore mundo & corde benigno adsacrum [illegible] misterium accedentes grates magnas auctori tam celse gratie laeti reddamus & gaudentes cum propheta canamus.

CO VIDERUNT OMNES

IN OCTAB DNI

LAUDEMUS omnes dominum qui uirginis per uterum paruus in mundum uenerat mundum regens quem fecerat.

PUER NATUS EST NOBIS

Preter omnium puerorum consuetudinem de uirgine pro creatus.

ET FILIUS DATUS EST NOBIS

Ex tempore quidem matri sempiternitate uero consubstantialis deo patri.

CUIUS IMPERIUM SUPER HUMERUM EIUS

Crucis uidelicet lignum ad debellandos inuisibiles inimicos.

ET UOCABITUR NOMEN EIUS MAGNI CONSILII ANGELUS.

PS NOTUM FECIT DNS SA

Exse natum sine patre ex matre faciens prodire sine patre.

PUER NATUS EST NOBIS.

GLORIA AMEN.

Deus pater filium suum misit in mundum de quo gratulantes dicamus cum propheta.

PUER NATUS EST NOBIS

OF Cuncta creans cuncta regens tibi laus.

OF TUI SUNT CELI ET TUA EST TERRA

Et omnia quae in ea uersantur.

ORBEM TERRARUM ET PLENITUDINE EIUS TU FUNDASTI

Quicquid uolat quicquid natat quicquid repit.

IUSTITIA

CO Cernere quod uerbum domini meruere canamus eia.

CO VIDERUNT OMNES.

IN NAT. SCI STEPHANI MART.

PRIMUS SINIT STEphanus mercedem sanguinis ymbre.

Afflictus lapidum xpm tamen ille

cruentus.

Inter saxa rogat ne sit lapidatio fraudi

hostibus oprime pietas miseranda corone.

En uice nos stephani dominum pulsando canamus agite.

ETENIM SEDERUNT PRINCIPES

Supra cathedram malignis suffultam testimoniis.

ET ADUERSUM ME LOQUEBANTUR

Istic homo loqui blasphema numquam desinit in lege.

ET INIQUI PERSECUTI SUNT ME

Ne morte quidem uel sepulchro commu

ni dignum me ducentes.

ADIUUA ME DNE DES MEUS

Qui solus es adiutor in tribulationibus supremis.

QUIA SERUUS TUUS EXERCEBATUR IN TUIS IUSTIFICATIONIB.

PS Beati inmaculati in uia

Quam iste adeo seruauit ut morti pro ipsa succubuerit.

ETENIM SEDERUNT PRINCIPES

GLORIA AMEN.

Cuius hic trinitatis assertor meruit coronam sanguine.

ETENIM SEDERUNT PRINC

ALLELUIA.

Video cae los aper tos.

Video cae los aper tos.

Et ihesum stan tem.

Et ihesum stan tem.

A dextris uirtutis dei.

A dextris uirtutis dei.

OF Omnium uirtutum gemmis ador
natum atq. miraculorum signis inpo
pulo coruscantem palmaq. martyrii
pro ihesu nomine coronandum.

OF ELEGERUNT APOSTOLI STEPHA
NUM LEUITAM.

Columnam in templo domini ponendum
eiusque nomine consignandum.

PLENUM FIDE ET SPU SCO
QUEM LAPIDAUERT IUDEI

Terre positis genibus suppliciter deum
pro facinoribus ipsorum.

ORANTEM ET DICENTEM DNE
IHESU ACCIPE SPM MEUM AL

CO Inter lapidantum manus positus beatus
leuita stephanus xpm quem toto cor-
dis diligebat amore cernens ad patris
dexteram dixit.

CO VIDEO CELOS APERTOS

IN OCT. SCI STEPHANI MARTYR.

HODIE BEATUS stephanus triumphat in celis et ac cepit coronam glorie deo gratias eia.

ETENIM SEDERUNT PRINCIPES.

Sede tali potestateque indigni.

ET ADUERSUM ME LOQUEBANTUR

Odibili uoce deo contraria studentes.

ET INIQUI PERSECUTI SUNT ME.

Amore pro tuo malignorum feritate spernentes.

ADIUUA ME DOMINE DEUS MEUS.

Qui tuos non deseris sed semper confortas.

QUIA SERUUS TUUS EXERCEBATUR

In laudibus tuis uigil semper et puidus.

IN TUIS IUSTIFICATIONIBUS

§ Beati qui scrutantur.

Pro qua uenerandus stephanus usque ad mortem uiriliter disputando certauit.

GLORIA AMEN.

Hac quidem laude bonum est insistere et trinitatem semper honorare.

ETENIM SEDERUNT PRINCIPES

Qui se existimabant legis esse peritos suisque mendaciis me uincere cupiebant.

ET ADUERSUM ME LOQUEBANTUR

Me seductorem legis que mosayce plasphe-
matorem esse dicentes.

ET INIQUI PERSECUTI SUNT ME

Cum lapidibus interficientes communem
quae cunctis sepulturam mihi denegantes.

ADIUUA ME DNE DEUS MEUS.

In quo omnem spem meam fiduciamque
positam habeo.

QUIA SERUUS TUUS EXERCEBA-
TUR IN TUIS IUSTIFICATIONIBUS

PS. Beati immaculati in uia qui ambul(ant).

Cuius hic sanctus exsecutor perman-
sit inuictissimus.

9

Etenim sederunt principes

Gloria amen.

Xpictum cernentis patitur dum uerba minantis en uice nos stephani domi num pulsando canamus agite.

Etenim sederunt princip

OF Regi caelorum xpicto canamus cuius uirtute celestia et omnia creata consistunt hac in festiuitate dicentes.

OF In uirtute tua dne

CO Gaudia mente geris caelos attendis apertos qui xpictum stephane cernis in arce dei eia.

CO Video celos apertos

In natale sci iohannis evangel.

Quoniam do
minus ihesus christus sanctum iohannem
plus quam ceteros diligebat apostolos.

In medio ecclesie aperuit os ei.
Ut sacramentum fidei & verbum coaeter
num patri scriptis pariter & dictis predicaret

Et implevit eum dominus
Qui eum intantum dilexit ut in caena
sacratissima supra pectus suum ipsum
recumbere permisisset

Spu sapientie & intellectus

Quo inspirante euangelizauit dicens in principio erat uerbum & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum.

Stola gloriae induit eum.

Bonum est . altissime.

Inde nos moniti peccata nostra confitentes tibi xpe sanctoque iohanni pangimus dicentes.

In medio Gloria ant.

Quam trinitatis gloriam dilectus iste domini iohannes profundissime & intellexit & nobis eam pronuntiauit In medio.

10

IN MEDIO ECCLESIE APER.

ALLELUIA.

Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his.

Hic est discipulus ille qui testimonium perhi bet de his.

Etscimus quia uerum est testimonium eius.

Etscimus quia ue rum est testimonium eius.

OF Sollemnitatem dilecti specialiter xpicti hodie deuotis laudibus celebremus dicentes.

OF IUSTUS UT PALMA FLOREBIT.

11

Inter summos excelsus et summus summi imperatoris milites.

Sicut cedrus que in libano est

Flores uirtutum precipuos et perennes meritorum coronas accipiens.

Multiplicabitur.

CO. Audite fratres et psallite letantes sententiam eius quem amauit iesus qui et in cena supra pectus illius recubuit et ista conscripsit.

CO. Exiit sermo inter fratres

IN NOCT SCI IOHANNIS EVANGEL

DILECTUS ISTE

domini iohannes est apostolus scriptis
cuius et monitis pollet decus ecclesiae.

In medio ecclesiae aperuit os eius

Os tuum inquiens aperi me que ipsum
illud pro certo scias implere.

Et impleuit eum dominus spiritu sapientiae

Qui omnia que dixit potens est implere.

Et intellectus

Intellectum inquit dabo tibi et pneuma
meum ponam super te.

Stola gloriae induit eum

PS Bonum est confiteri domino Altissime.

Milibus argenti melior laus ista uel auri.

In medio ecclesie. Gloria.

Laudem dicamus creatori nostro ut nos per eius preces cuius hodie festa celebramus dignetur exaudire.

In medio ecclesie.

OF Xpicti domini specialis dilecti iohannis caste floridi dicamus laudes strenue eia.

OF Iustus ut palma usque in finem.

CO Ut eius sentiamus suffragia digne dicamus preconia dic domine eia.

V Plantatus.

DE INNOCENTIBUS.

INFIRMA MUNDI

eligis ut fortia confunderes nec plene
membris preditos triumpho dans idoneos.
Hodie pro domino perempta sunt in Alle. in
fantum milia quos occidit herodis
seuitia de quibus olim propheta p̄dixerat.
Ex ore tium.
Prorsus loqui nihil ualentium sed lactan
INFANTIUM DEUS
Quos feritas mox trucidauit regis impii.
ET LACTANTIUM.
Nominis aeterni ob inuidiam destinatos
ad necem.
PERFECISTI LAUDEM

Que nullomodo desinit per seculorum secla

PROPTER INIMICOS TUOS

S. Domine dominus noster quam admirabile est

Qui adhuc hominibus mutos laude

tua fecisti peritos.

EXORE GLORIA ANTIPHONA

Que nec cepit nec cessavit sed perma

net cunctis saeculis saeculorum.

EXORE INFANTIUM DEUS ET LAC

OF. Gaudeamus lactantes fraterculi sanctis

simos laudantes pueros pro Christo mor

te seua trucidatos in quorum uice dicamus.

OF. Anima nostra sicut passer erep

ta est.

Quos xpi bonitas atq; gratia pro illatis poenis coronis compserat

DE LAQUEO VENANTIU LAQUEUS ÷

Quem dolus maligni posuerat beelcebulis ut nos devoraret.

ET NOS LIBERATI SUMUS

CO Veneranda presentis diei festivitas ante tempora multa prenotata est cum propheta videret hunc luctum atq; dixisset.

CO VOX IN RAMA AUDITA EST

IN NOCT̄ INNOCENTIUM.

HODIE PARVU

lorum cunule precioso perfunduntur.
sanguine sed xpictus qui queritur po
tenter euasit in Iesus ideo fratres deuo
ti a sxte dicentes.

Exore

Ad huc lactis potu non esca forti refecti.

INFANTIUM DS

Rector eorum ipse quos in laude tua
semper sagaces esse concedis.

ET LACTANTIUM

Nominis ob tui odium inmensum peremptorum.

PERFECISTI LAUDEM

Que perenni seclorum non desit tibi transcursu.

PROPTER INIMICOS TUOS

PS DNE DNS NR· TERRA

Nonsolum terra sed & ubique gloriosum atque serenum·

EXORE INFANTIUM PS·

Quae nec cepit nec cessauit · All sup.

DE EPIPHANIA·

HODIE CLA rissimam secuti stellam magi munera deferunt adxpicti cunabula dequo prophete uenturo predixerant·

ECCE ADUENIT

Olim promissus accuptus patribus uenerandis·

15

DOMINATOR DOMINUS

Laxare uincula strictum quibus humanum detinebatur genus.

ET REGNUM IN MANU EIUS.

Regnum quod nullo defectu corrumpi umquam possit uel minui perpetim.

ET POTESTAS ET IMPERIUM.

PS DS IUDICIUM TUUM REGIS.

Deus pater deo aeternus regi aeterno.

ECCE ADUENIT. GLA. AM.

Quae fides per xpicti nobis humanam innotuit apparitionem.

ECCE ADUENIT.

ALLELUIA

Uidimus stellam ei us in orien te

Uidimus stellam eiu s in oriente.

Et uenimus cum muneribus adorare dominum.

Et uenimus cum mune ribus. adorare dominum.

OF O redemptor omnium cui reges nunc & insule omnes offerunt mune ra sancta.

OF REGES THARSIS

CO Nato nouo principe uiso nouo sydere urbe magi regia ipsum uadunt querere.

CO VIDIMUS STELLAM EIUS

IN NOCTE EPIPHANIAE.

FORMA SPE

ciosissimus manuque potentissimus ex davidis origine natus maria uirgine.

Ecclesiae sponsus illuminator gentium baptismatis sacrator orbis redemptor.

Ecce aduenit

Iheuc quem reges gentium cum muneribus mysticis hierosolymam requirunt dicentes ubi est qui natus est.

Dominator dominus

Vidimus stellam eius in oriente et agno-
uimus regem regum natum esse.

ET REGNUM IN MANU EIUS

Cui soli debetur honor gloria laus
et iubilatio.

ET POTESTAS ET IMPERIUM.

Ps DS IUDICIUM REGIS

Ut iudicet orbem in equitate et saluos
faciat contritos corde et humiles mente.

ECCE ADUENIT; GLA [illegible]

Deo filio et patri per euui cum spiritu
sit gloria et regnum iuge amen.

ECCE ADUENIT.

Xpictus in aluum uirginis ut nos ad caelos homines reuocaret.

DOMINATOR DOMINUS

Cui caelestia et terrestria parent & obtemperant.

ET REGNUM IN MANU EIUS

Regnum aeternum quod numquam finem patitur sed iugiter perdurans per enne manet in aeuum.

ET POTESTAS

Quia inferos debellando cunctis fidelibus regna celorum tribuit benignus.

ET IMPERIUM

§ IUDICARE POPULUM TUUM. iudicio.
De manu eos scilicet fortissimorum
hostium liberando.

ECCE ADVENIT. ITEM.

REGE NOSTRO CARNE
tecto uoce patris prodito hac die nos
eius omnes inmoremur laudibus.

ALITER.

GAUDENDUM EST
In nobis fratres karissimi in hac sacra
sollemnitate laude decenti in qua summo
puero stella micat splendore nouo
cui omnes pangamus dicentes.

ECCE ADUENIT

Quem prophete uenturum et de uirginis utero proditurum concinebant

DOMINATOR DOMINUS

Qui solus est dominus dominatorum et rex cunctorum regum omne per euum.

ET REGNUM IN MANU EIUS

Qua terre machinam atque polorum et maris fluenta firmans suspendit.

ET POTESTAS

Quam angeli in celis uenerantur et daemones expauitant.

ET IMPERIUM.

℣ Os iudicium tuum regis
Cui dies ista celebris rutilat per orbem.
Ecce aduenit
Inuisibiliter in uterum uirginalem ad
dissoluendam mortis damnationem.
Dominator dominus
Quem stella ducente magi uenerantur ab oriente.
Et regnum in manu eius
Quod in suo baptismate uniuersis pie uiuentibus commendat.
Et potestas
Qua liquidos latices in uinum mutauerat species.
Et imperium.

R IUDICARE POPULŪ TUŪ INIUSTI tia.

Qui credentes inte coronas & lapsis donas
ueniam miserando.

ECCE ADUENIT

Pacifico regi populorum iudici paupe
rum defensori oppressorum ereptori.

OF REGES THARSIS

CO Quę est ista tam clara solemnitas fratres
dilecti inhac puer deuirgine natus stella
duce est gentibus reuelatus que & dicebant.

VIDIMUS STELLAM EIUS

IN NAT̄ SCOR̄ · M · FABIANI ET SEBASTI

DEUS IUDEX IUSTUS

fortis et longanimis defensor pupillorum
uindicator innocentium gloria et co
rona martyrum consolatio cunctorum
inte confidentium.

INTRET IN CONSPECTU TUO

Rector omnia cernens et solus fortiter
ordinans.

DNE GEMITUS COMPEDITORUM.

Qui tibi sanguinem clamare abel iusti
de terra dixisti.

REDDE UICINIS NRIS SEPTU
PLUM IN SINU EORUM

Vitam nostram qui deridebant atque non

sine honore spreuerant. TUORUM

VINDICA SANGUINEM SCORUM

Qui promisisti te ipsum tibi uindictam laturum.

QUI EFFUSUS EST.

POSUERUNT GENTES. TUUM

Que uolucribus et agri bestiis proponebant escam de membris sanctorum.

INTRET IN CONSPECTU

CO Sedens in monte dominus edocuit discipulos sed et turbis languentibus opem salutis attulit.

MULTITUDO LANGUENTIUM

IN NAT SCAE AGNE UIRGINIS

UIRGINIS ATQU

martyris agones claros colimus et eius

dem deo uocibus modulemur.

Gaudendum est nobis fratres karissimi

in hac sacra sollemnitate uirginis alme

que cum tenero sexu seculum uicerat

et intrauit celum cuius omnes uice

proclamemus

ME EXPECTAUERUNT PECCATORES.

hostis antiqui furiis nigriq. fellis turbine stomachantes.

UT PERDERENT ME

Nulla moti causa nisi quod tibi me uiderunt obsequi.

TESTIMONIA TUA DNE INTELEXI

In quibus me semper ceu p speculum compono.

OMNIS CONSUMMATIONIS UIDI FINE

Intendens pauli uerba quod huius seculi iam preterit figura & tua manent pmissa.

LATUM MANDATUM TUUM NIMIS

Ps. BEATI INMACULATI. DNI

Per quam fidelis hec uirgo caput draconis liuidi iam contriuit.

ME EXPECTAVERUNT

OF O fratres cari sacrate uirginitati.

Multimodas laudes depromitte uocibus altis.

Sponsoque ecclesie qui uirginitatis amore.

Mandat per psalmum carmen hoc dulce canendum.

OF Offerentur regi

CO Inclita uirgo dei sancto coniuncta pudori.

Agnes accenso studet obuia lampade xpisto.

Uirginibus comitata piis quis carmine laudes.

Concinit iste chorus recolens pia facta benignus.

CO Quinque prudentes.

IN PURIFICATIONE SCE MARIAE.

Hodie quemadmodum patriarchis antiquis

repromissum est & sicut reuelante spi
ritu sancto a prophetis predictum est.

SUSCEPIMUS DEUS

Omnipotens genitor fons & origo & tocius
pietatis incomprehensibilis auctor.

MISERICORDIAM TUAM.

Xpictum uidelicet dominum qui est sa
lus & redemptio generis humani.

IN MEDIO TEMPLI TUI.

Quando parentes eius in domū domini
illum ducebant & senex iustus symeon
suscepit eum in ulnas suas.

SECUNDUM NOMEN TUUM DEUS

Quod est magnificum & admirabile cunctisque gentibus ad inuocandum salutare.

ITA ET LAUS TUA

Ab uniuersa creatura tua magnificabitur & usque quaque dilatabitur.

IN FINES TERRE IUSTITIA PLENA EST DEXTERA TUA.

MAGNUS DNS SCO EIUS

Quod in hierusalem & in monte syon olim parentes antiqui glorificabant nos in celestibus spiritaliter laudantes laeti dicamus.

SUSCEPIMUS DEUS.

CO Veneranda presentis diei festiuitas super alta polorum laudanda micat cum sym miste suo deus impleuit quod hoc modo promisit. CO Responsum accep. NOC

GRATIAS AGAMUS DEO TAU. qui gratam sibi hostiam pro nobis peccatoribus ista die susceperat.

SUSCEPIMUS DS MISER TUA

Ipsum miseratorem et liberatorem nostrum.

IN MEDIO TEMPLI TUI.

In ecclesia uidelicet catholica.

SECUNDUM NOMEN TUUM DS ITA

ET LAUS TUA IN FINES TERRE

Qui ut omnipotens es sic & omnipotens credens.

IUSTITIA PLENA EST DEXTERA TUA.

PS MAGNUS DNS

Ad quem nos xpictus perducat secum mansuros in aeuum.

SUSCEPIMUS DS; GLA AM.

Cum uocibus excelsis omnes grates agamus domino & dicamus ei AMEN.

CO Exoptans illius aduentum in quem desiderant angeli respicere quem reges & prophete uoluerunt uidere.

CO RESPONSUM ACCEPIT.

IN PURIFICATIONE SCĒ MARIAE IN INLUMINATIONE CEREORUM HAEC ANTIPHONA CANATUR· Lumē ad reuelationem· gentium & gloriam plebis.

IN ACCEPTIONE CEREORUM DE MANU PONTIFICIS UEL EDITUI ISTA PSALLATUR· ANTIPHONA·

Adorna thalamum tuum sion & suscipe regem xp̄m quem uirgo concoepit uirgo peperit uirgo post partum quem genuit adorauit· AD PROCESSIONEM

Ā Haue gratia plena dei genitrix uirgo ex te enim ortus est sol iustitiae inlumi

nans quae in tenebris sunt laetare et tu
senior iuste suscipiens in ulnas liberato
rem animarum nostrarum donantem
nobis et resurrectionem. ALIA.
A. Adorna thalamum tuum sion et suscipe
regem christum amplectere mariam
quae est caelestis porta ipsa enim por
tat regem gloriae noui luminis subsis
tit uirgo adducens manibus filium
ante luciferum quem accipiens syme
on in ulnas suas predicauit populis do
minum deum esse uitae et mortis et
saluatorem mundi. ANT. AD. V.

INGRESSU TEMPLI · CANANT

A̅ Responsum accepit symeon a spiritu sancto non uisurum se mortem nisi uideret xpistum domini. Et cum inducerent puerum in templum accepit eum in ulnas suas et benedixit eum et dixit nunc dimittis domine seruum tuum in pace.

IN INGRESSU UERO ECCLESIAE

A̅ Cum inducerent puerum ihm· CUM PSALMO· Benedictus dns ds isrł qa·

ANTHIPHONE IN CAPITE IEIUNII·

A̅ Exaudi nos domine quoniam benigna

est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos domine. ℣ Saluum me fac deus quo

Ã Inmutemur habitu in cinere & cilicio ieiunemus & ploremus ante dominum quia multum misericors est dimittere peccata nostra deus noster.

Ã Iuxta uestibulum & altare plorabant sacerdotes & leuitae ministri domini & dicent parce domine parce populo tuo & ne dissipes ora clamantium ad te do mine.

ORDO ANTHIPHONARUM IN PALMIS.

BENEDICTIS RAMIS ASPERGANTUR

AQUA BENEDICTA CUM ANTHIPHONA

Asperges me domine ysopo. Et psalmo

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.

IN EXPENSIONE AUTEM PALMARUM

VEL RAMORUM HEC ANTIPHONA CANATUR.

Antiphona Pueri hebreorum tollentes ramos olivarum

EXEUNDO AUTEM CUM PROCESSIONE DE ECCLESIA PSALLANT

HAS ANTHIPHONAS:

Antiphona Ante sex dies sollemnis paschae quia

venit dominus in civitatem hierusa

lem occurrebant ei pueri et in mani

bus portabant ramos palmarum & cla
mabant uoce magna dicentes osan
na · in excelsis benedic
tus qui uenisti in multitudine miseri
cordie osanna in excelsis.
A Cum audisset populus quia hiesus
uenit hierosolymam acceperunt ra
mos palmarum & exierunt ei obui
am & clamabant pueri dicentes hic
est qui uenturus est in salutem
populi Hic est salus nostra &
redemptio israhel quantus est iste
cui throni et dominationes oc

currunt noli timere filia sion ecce rex
tuus uenit tibi se dens super pullum
asine sicut scriptum est sal ue
rex fabricator mundi qui uenisti
redimere nos.

A. Aue rex noster fili dauid redemp
tor mundi quem prophete predica
uerunt saluatorem domui israhel
esse uenturum Te enim ad saluta
rem uictimam pater misit in mun
dum quem expectabant omnes sancti
ab origine mundi & nunc osanna filio
dauid benedictus qui uenit in nomi

ne domini osanna inexcelsis.

CUM AUTEM PERUENERINT UBI ILLA DIE STATIO EST SCAE CRUCIS TUNC INCIPIANT OMNES CANERE EX UTRAQUE PARTE ANT.

A. Col lege runt pontifices & pharisei conci lium et dicebant quid facimus quia hic homo multa signa fa cit si dimittimus eum sic omnes credent in eum Ne forte ue niant romani & tollant nostrum locum & gen tem

VR. Unus autem ex ipsis caiphas nomine

28

cum esset pontifex anni illius prophetauit

dicens expedit uobis ut unus moriatur ho

mo pro populo & non tota gens pereat

ab illo ergo die

cogitauerunt interficere eum dicentes

NE FORTE VENIANT

TUNC SCOLASTICI LENTO GRADU AMBULENT E REGIONE CRUCIS ET UENIENTES ANTE EAM CANTENT YMNUM

GLORIA LAVS ET HONOR

tibi sit rex xpe redemptor

Cui puerile decus promsit osanna pium.

Israhel es tu rex dauidis & inclita proles.
Nomine qui in domini rex benedicte uenis.
Coetus in excelsis te laudat caelitus omnis.
Et mortalis homo & cuncta creata simul.
Plebs hebrea tibi cum palmis obuia uenit.
Cum prece uoto ymnis assumus ecce tibi.
Hi tibi passuro soluebant munia laudis.
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Hi placuere tibi placeat deuotio nostra.
Rex pie rex clemens cui bona cuncta placent.
Lazarus his iunctus bis binis morte diebus
Tentus & ad superos ex acheronte redit.
CUM AUTEM DIXERINT IN EODEM

YMNO PUERI Rex christe.

PROCIDANT AD TERRA CORAM
CRUCE EUANGELIOQ· ET RE
SPONDEAT SCOLA FUNDEM UER
SUM CANTANDO· Gloria laus·

ET INTER OMS HUIUS YMNI
UERSUS INCLINATO CAPITE
HUMILITER CADAT ATQ; CANAT·

HIS UERSIBUS FINITIS STATIM
SCOLASTICI CANTANT ANTHIPH·

A Pueri hebreorum uestimenta prosterne
bant in uia et clamabant dicentes osanna
filio dauid benedictus qui uenit in nomine dni·

INTERIM VERO DUM CANTANT ANTHIPHON IACTANTES IN TERRAM CAPPAS. OMNI ADOREN CRUCIFIXUM IN SIMILITUDINE HEBREORUM PUERORUM.

SIMILITER ET IPSI LAICI PUERULI IACTENT VESTIMENTA SUA RAMOSQ PALMARUM. ET ADORENT CRUCIFIXUM SICUT ET CLERICI. HIS ITA PERACTIS VENIAT EPISCOPUS SIVE PRESBITER ANTE CRUCEM ET PSTRATUS IN TERRAM

ADORET CRUCIFIXUM CLERO
INTERIM CANTANTE ANTHIP.

Ā Fulgentibus palmis prosternimur aduen̄.

ET IN IPSO CANTU ANTIPHONE
ꝐSTERNATUR CLERUS CUNC
TUSQ' POPULUS SIMUL. ILLA
FINITA. CANTOR IMPONET ALI
AM ANTHIPHONAM ID EST.

Ā Occurrunt turbae cum floribus et palmis

ET INTERIM DUM CANTATUR IPSA
ANTIPHONA OMNES PARITER CON
CURRANT AD AUDIENDA EUANGE
LII VERBA. PERLECTO EUANGE

LIO FACTOQ(UE) SERMONE AD POPU
LUM RECEDENTIBUSQ(UE) DE STATIO
NE ILLA INCIPIANT CANERE ANT(IPHONAM).

A(NT). Coeperunt omnes turbae descendentium
gaudentes laudare deum uoce magna.

CUM AUTEM APPROPINQUAUERINT
CIUITATI UEL CASTELLO INCHO
ATUR ANTHIPHONA.

Cum adpropinquaret dominus hierosoly
mam misit duos ex discipulis suis dicens
ite in castellum quod contra uos est
& inuenietis pullum asine alligatum
super quem nullus hominum sedit solui

te & adducite mihi si quis uos interrogaue

rit dicite opus domini est soluentes ad

duxerunt ad iesum & inposuerunt sibi

uestimenta & sedit super eum alii expan

debant uestimenta sua in uia alii ra

mos de arboribus externebant & qui

sequebantur clamabant osanna

benedictus qui uenit in nomine domi

ni benedictum regnum patris nostri

dauid osanna in excelsis miserere

nobis fili dauid.

IN INGRESSU AUTEM CIUITATIS UEL

COENOBII CANTETUR RESPONSOR.

R̄ Ingrediente domino in sanctam ciuitatem.

ECCLESIAM AUT CUM INGREDIUNTUR

CANTOR IMPONAT ANTIPHONAM.

Ā Turba multa quae conuenerat ad diem.

CUM PSALMO. Benedictus dns ds isrt

HIS FINITIS EPISCOPUS UEL

PRESBITER DICAT HUNC UERSUM.

Osanna filio dauid benedictus qui uenit

in nomine domini rex israhel osanna

in excelsis. ÷ RENDUM CHRISMA

UERSUS IN CAENA DNI AD DEF ÷

O REDEMPTOR SUME CAR

men temet concinentium.

Audi iudex mortuorum.
Vna spes mortalium.
Audi uoces proferentum.
Donum pacis preuium. O redemptor.
Arbor foeta alma luce.
Hoc sacrandum protulit.
Fert hoc prona presens turba
Saluatori saeculi. O redemptor.
Stans ad aram ymno supplex.
Infulatus pontifex.
Debitum persoluit omne.
Consecrato crhismate. O redemptor.
Consecrare tu dignare.

Rex per ennis patriae
hoc oliuum signum uiuum.
Iura contra doemonum. O redemptor.
Vt nouetur sexus omnis.
Unctione chrismatis
Et medetur sauciata
Dignitatis gloria. O redemptor.
Lota mente sacro fonte.
Aufugantur crimina
Uncta fronte sacro sancta.
Influunt carismata. O redemptor.
Corde natus ex parentis
Aluum implens uirginis.

Presta lucem claude mortem.

Chrismatis consortibus O redemptor.

Sit dies haec festa nobis.

Saeculorum saeculis

Sit [illegible] sacrata digna laude.

Nec senescat tempore. O redemptor.

IN CAENA DNI POST REFECTIONE̅.

fr̅m unus ex subdiaconibus cum euan
gelio & pueri cum crucibus duobus
& cereis ardentibus & incenso para
ti precedunt cum archidiacono in lo
cum ubi fr̅s ad mandatu̅ conueniunt.

Et primo omnium legitur euan

gelium secundum iohannem.

Ante diem festum pasche sciens ihs quia

Usq; ut quemadmodum ego feci uobis

ita et uos faciatis. ANTIPHONAM

TUNC IMPONAT CANTOR AN

A Caena facta dixit ihesus discipulis suis amen amen dico uobis unus uestrum est hic qui me traditurus est in hac nocte.

PS Miserere mei ds secundum magnam misericordiam tuam.

A Dominus ihesus postquam caenauit cu

PS Beati inmaculati in uia qui ambulant in lege domini.

FINITIS DUABUS ANTIPHONIS surgat episcopus uel presbiter. & precingat se linteo preparetque se ad lauandum pedes fratrum.

Deinde imponat cantor antiphan.

A. Postquam surrexit dominus a caena misit aquam in peluim coepit lauare pedes discipulorum hoc exemplum reliquit eis.

PS. Deus misereatur nostri & benedicat nobis illuminet uultum suum super nos & misereatur nostri.

A. Si ego dominus & magister uester laui uobis pedes quanto magis uos debetis al

ter alterius lauare pedes.

ps Quamdilecta tabernacula tua domine
uirtutum concupiscit & deficit anima
mea inatria domini.

A Mandatum nouum do uobis ut diligatis
inuicem sicut dilexi uos dicit dominus

ps Beati inmaculati inuia qui ambulant
inlege domini. uicem.

A Inhoc cognoscent omnes quia mei estis
discipuli si dilectionem habueritis inin

ps Miserere mei ds miserere mei quoniam
inte confidit anima mea.

A Diligamus nos inuicem quia caritas ex

deo est & qui diligit fratrem suum ex
deo natus est & uiuit in eo.

R. Ecce quam bonum & quam iocundum
habitare fratres in unum.

A. Uos uocatis me magister & domine be
nedicitis sum & enim si ergo ego laui
uestros pedes dominus & magister &
uos debetis alter alterius lauare pedes.

R. Beati inmaculati in uia qui ambulant
in lege domini.

A. In diebus illis mulier quae erat in
ciuitate peccatrix ut cognouit
quod ihesus recubuisset in domo si

monis leprosi attulit alabastrum un
guenti & stans retro secus pedes domini
hiesu lacrimis coepit rigare: & capillis: pedes
capitis sui tergebat & osculabatur eius
pedes eius et unguento unguebat.

R Magnus dominus & laudabilis nimis in
ciuitate dei nostri in monte sco eius.

A Domine tu mihi lauas pedes respon
dit hiesus et dixit ei & si non lauero
tibi pedes non habebis partem mecum
domine non tantum pedes sed & ma
nus & caput.

P Miserere mei ds sedm magnā miām tuā.

A. Ubi fratres in unum glorificant deum ibi dabit dominus benedictionem.

Ps. Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum.

A. Ante diem festum pasche sciens hiesus quia eius hora venit ut transeat ex hoc mundo ad patrem & caena facta surrexit linteo precinxit se misit aquam in peluim coepit lauare pedes discipulo

o o rum venit ad petrum dixit ei simon non

lauabis mihi pedes inaeter num.

Respondit hiesus si non lauero tibi non habebis partem mecum. Domine non solum pedes tantum sed & manus & caput.

CR Vos uocatis me dominus et magister & benedicitis & uos debetis alter alterius pedes lauare.

A Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. ... eius.

PS Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto.

VERSUS IN CAENA DNI AD MANDA...

Tellus ac aethra iubilent inmagni
caena principis quae protoplasti
pectora uitę purgauit ferculo.
Hac nocte factor omnium potenti
sat misterio carnem suam cum san
guine inescam transfert animae. T
Aelsis surgens dapibus prebet formam
mortalibus humilitatis gratia pe
tri petens uestigia. Tellus ac
Pallet seruus obsequio cum angelorū
dominum ferendo lympham lin
tea cernit caeno procumbere. Tel
Permitte symon ablui acta figurant

mystica dum summus ima baiolat quid
cinis seruet cineri. Tellus.

Trux lupe iuda pessime fers agno miti
basia dans membra loris regia quae
sorde tergunt saecula. Tellus

Nexi soluuntur hodie carnis ac cordis
carcere unguen sacratur chrismatis
spes unde crescat miseris. Tellus.

Uictori mortis inclytam pangamus
laude gloriam cum patre et sancto
spiritu qui nos redemit obitu. Tellus.

IN PARASCEUE SOLEMNIBUS
ORATIONIBUS EXPLETIS

ISTI UERSUS CANENDI SUNT AD DEFERENDAM CRUCEM·

Populemeus quid feci tibi aut inquo contristaui te respon de mihi quia eduxi te deterra aegyp ti parasti crucem saluatori tuo·

Agios otheos agios iskiros agios athana thos eleison ymas·

Scs deus scs fortis scs inmortalis miserere nobis.

Quia eduxi te per desertum quadra ginta annos et manna cibaui te &

introduxi interram satis optimam. Parasti

Agios otheos ag. S. es deus.

Quid ultra debui facere tibi et non feci
ego quidem plantaui te uineam meam
speciosissimam & tu facta es mihi nimis a
mara aceto namque sitim meam potasti
& lancea perforasti latus saluatori tuo.

Agios oth. Sc̄s dr̄. AD DETEGENDA CRUCE

A. Ecce lignum crucis inquo salus mundi pe
pendit uenite adoremus. Ps. Beati inma
culati inuia qui ambulant in lege dn̄i.

A. Crucem tuam adoramus domine & sanc
tam resurrectionem tuam laudamus &

glorificamus ecce enim propter crucem
uenit gaudium in uniuerso mundo. PS. Deus
misereatur nostri et benedicat nobis illumi[net] et uul-
tum super nos et misereatur nostri. [Alleluia?] anima mea

A. Crucem tuam adoramus domine et sanctam
resurrectionem tuam glorificamus quia
uenit salus in uniuerso mundo. PS. Miserere
re mei deus miserere mei quoniam in te confidit

A. Cum fabricator mundi mortis supplicium
pateretur in cruce clamans uoce magna
tradidit spiritum et ecce uelum templi
diuisum est per monumenta aperta sunt
terrae motus enim factus est magnus

quia mortem filii dei clamabat mun
dus se sustinere non posse aperto
ergo lancea militis latere cruci
fixi domini exiuit sanguis et aqua
in redemptionem salutis nostre
O admirabile precium cuius pondere
captiuitas redempta est mundi tar
tarea confracta sunt claustra in
ferni aperta est nobis ianua
reg ni PRESBITER

VERSUS FORTUNATI

CRUX FIDELIS IN(TER) OM
nes arbor una nobilis nulla silua

talem profert fronde florem germi
ne dulce lignum dulcem clauum dul
ce pondus sustinet.
Pange lingua gloriosi proelium cer
taminis & super crucis tropheo dic
triumphum nobilem qualiter redem
ptor orbis immolatus uicerit. Crux.
De parentis proto plasti fraude factor
condolens quando pomi noxialis morsu
in mortem corruit ipse lignum tunc
notauit damna ligni ut solueret.
Hoc opus opus nostrae salutis ordo
de poposcerat multi formis perditio

ris ars ut artem falleret et medelam
ferret inde hostis unde leserat.

Quando uenit ergo sacri plenitudo
temporis missus est ab arce patris
natus orbis conditor atque uentre
uirginali carne factus prodiit.

Vagit infans inter arta conditus pre
sepia membra pannis inuoluta uir
go mater alligat et pedes manusque
crura stricta pingit fascia.

Lustra sex qui iam peracta tempus
implens corporis se uolente natus
ad hoc passioni deditus agnus in cru

cis leuatur immolandus stipite.

Hic acetū fel arundo sputa claui lan
cea mite corpus perforatur san
guis unda profluit terra pōtus as
tra mundus quo lauantur flumine.

Flecte ramos arbor alta densa laxa
uiscera et rigor lentescat ille quem
dedit natiuitas ut superni membra
regis miti tendas stipite.

Sola digna tu fuisti ferre precium se
culi atque portum preparare nau
ta mundo naufrago quem sacer
cruor per unxit fusus agni corpore.

Sit patri natoque summo gratiae cum spiritu sempiterne trinitati laus sa lus & gloria quae creauit quae rede mit quaeque nos inluminat.

IN SCO SABBATO NOUUM LUMEN AD DEFERENDUM DE SACRARIO IN ECCLESIAM. ISTI UERSUS PRUDENTII CANENDI SUNT.

INUENTOR RUtili dux bone luminis.
Qui certis uicibus tempora diuidis.

Merso sole chaos ingruit horridum
Lucem redde tuis christe fidelibus.
Quamuis innumero sydere regiam.
Lunarique polum lampade pinxeris.
Incussu silicis lumina nos tamen.
Monstras saxigeno semine querere.
Ne nesciret homo spem sibi luminis.
Inxpicti solido corpore conditam.
Qui dici stabilem se uoluit petram.
Nostris igniculis unde genus uenit
Nos festis trahimus per pia gaudia.
Noctem conciliis uotaque prospera
Certatim uigili congerimus prece

Exstructoque agimus liba sacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus.
Quae subfixa micant per laquearia.
Et delanguidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma iacit uitro.
Credas stelligeram desuper aream.
Ornatam geminis stare trionibus.
Et qua bos fortum temo regit iugum
Passim purpureos spargier hesperos
O res digna deus quam tibi roscide.
Noctis principio grex tuus offerat.
Lucem quam tribuis nil preciosius
Lucem qua reliqua premia cernimus.

Tu lux uera oculis lux quoq; sensibus.
Intus tu speculum tu speculum foris.
Lumen quod famulans offero suscipe.
Tinctum pacifici chrismatis unguine
Per xpm genitum summe pater tuum
In quo uisibilis stat tibi gloria.
Qui noster dominus qui tuus unicus
Spirat de patrio corde paraclytum.
Per quem splendor honor laus sapientia.
Maiestas bonitas & pietas tua.
Regnum contineat nomine triplici.
Texens perpetuis saecula saeculis
ISTI UERSUS CANENDI

SUNT ADDESCENSUM FONTIS.

REX SANCTORUM

angelorum totum mundum adiuua.

Ora primum tu pro nobis

Virgo mater germinis

Et ministri patris summi

Ordines angelici. Rex

Supplicate christo regi

Coetus apostolici

Supplicetque permagnorum.

Sanguis fusus martyrum. Rex

Udalrice pater alme.

Tuo fac oramine.

Quo dignemur his festiuis.
Inter esse gaudiis.
Implorate confessores.
Consoneque uirgines.
Quo donetur magne nobis.
Tempus indulgentiae. Rex
Omnes sancti atque iusti.
Uos precamur cernui.
Ut purgetur crimen omne.
Uestro subiuuamine. Rex
Huius christe rector alme.
Plebis uota suscipe.
Qui plasmasti protoplastum.

Et genus gignentium. Rex.
Fac interna fontis huius.
Sacratum mysterium.
Qui profluxit cum cruore.
Sacro christi corpore. Rex
Mitte sanctum nunc amborum.
Spiritum paraclytum.
In hanc plebem quam recentem.
Fons baptismi parturit. Rex
Presta patris atque nati.
Compar sancte spiritus.
Vt te solum semper omni
Diligamus tempore.

IN IPSA NOCTE LAETANIA TERTIA EXPLETA. DICAT PONTIFEX VEL PRESBITER. GLORIA IN EXCELSIS DO. POST LECTIONEM AUTEM ANTE ALLELUIA CANTETUR ISTA LAUS.

Iam dominus optatas reddit laudes pascha cum christus ad est habete cui canentes.

ALLELUIA

CONFITEMINI DOMINO QUONIAM BONUS

quoniam in seculum misericordia eius.

R. Laudate dominum omnes gentes.

ANTE EVANGELIVM QVOQ(VE) CEREI MORE SOLITO MINIME. INCENSVM VERO SOLVM PORTETVR. OFFERENDA ETIAM ET CANTVS AD COMPLENDVM NON CANAT(VR).

IN DIE SCO PASCHE PRIMO MANE AD VISITANDVM SEPVLCHRV(M) DNI. INTERROGAT(VR).

Quem queritis in sepulchro christicole.

hiesum nazarenum crucifixum o celicole . R

Non est hic surrexit sicut predixerat

ite nuntiate quia surrexit de sepulchro

A Surrexit enim · AD PROCESSIONEM :

RESPONS

SALUE FESTA DI

es toto uenerabilis aeuo qua deus

infernum uicit & astra tenet ·

Tempora florigero rutilant distincta sereno ·

Et maiore poli lumine porta patet · Sat

Altius igniuomum solem caeli orbita ducit ·

Qui uagus oceanas exit & intrat aquas · Quà ds ·

Armatis radiis elementa liquentia lustrans ·

Adhuc nocte breui tendit inorbe diem. Sat

Splendida sincerum producunt aethera uultum.

Laetitiamque suam sydera clara probant. Qua d

Terra gaudens uario fundit munuscula foetu.

Cum bene uernales reddit & annus opes. Salue festa die toto.

Folia purpureum pingunt uiolaria campum.

Prata uirent herbis & micat herba comis. Qua deus. florum

Paulatim subeunt stillantia lumina

Floribus arrident gramina tincta suis. Sat
Semine deposito lactans seges exilit arvis.
Spondens agricole vincere posse famem. Qua
Caudice desecto lacrimat sua gaudia palmes.
Unde merum tribuat dat modo vitis aquam. Sat
Cortice de matris tenera lanugine surgens.
Preparat adpartum turgida gemma sinum. Qua
Tempora sub hiemis foliorum crine revulso.
Iam reparat viridans frondea tecta nemus. Sat
Myrta. salix. abies. corilus. siler. ulmus acernus.
Plaudet queq. suis arbor amoena comis. Qua.
Construttura favos apes hinc alvearia linques.
Floribus instrepitans poplite mella rapit. Sat

Adcantus reuocatur auis quę carmine clauso·

Pigrior hiberno frigore muta fuit· Qua

Ecce renascentis testatur gratia mundi·

Omnia cum domino dona redisse suo· Sat

Namq; triumphanti post tristia tar-

tara xp̄o· uent· Qua

Undiq; fronde nemus gramina flore fa

Legibus inferni oppressis super astra

meantem·

Laudant rite d̄m lux polus arua fretum· S::

Qui crucifixus erat deus ecce per omnia

regnat· dantq; creatori cuncta creata

precem· Qua deus·

HIS UERSIB̄ FINITIS HAEC ANT̄
AD INTROITU̅ MIN̄ AECCLESIAE

AN̄ CUM REX GLORIAE XPICTUS
infernum debellaturus intraret et cho
rus angelicus ante faciem eius portas
principum tolli preciperet sancto
rum populus qui teneba tur in morte
captiuus uoce lacrimabili clamauerat
aduenisti desiderabilis quem expectaba
mus in tenebris ut educeres hac nocte
uinculatos de claustris te nostra uoca
bant suspiria te larga requirebant
lamenta tu factus es spes desperatis.

magna consolatio in tormentis.

alle ... luia.

IN ASPERSIONE FONTIS HANC IMPONANT ANTIPHONAM.

AN. Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro aeuia et omnes ad quos peruenit aqua ista salui facti sunt et dicent aeuia aeuia.

Item

AN. In die resurrectionis meae dicit dominus aeuia congregabo gentes et colligam regna et effundam super uos aquam mundam alleluia.

IN INGRESSU MONASTERII

HANC PSALLANT ANT.

AN SEDIT ANGELUS AD SEPULcrum domini stola claritatis coopertus uidentes eum mulieres nimio terrore perterrite substiterunt a longe. Tunc locutus est angelus & dixit eis. Nolite metuere dico uobis quia illum quem queritis mortuum iam uiuit & uita hominum cum eo surrexit alleluia.

TR CRUCIFIXUM IN CARNE LAUDATE ET sepultum propter uos glorificate

resurgentemq(ue) amorte adorate.

NOLITE METUERE

R(esponsorium) RECORDAMINI QUOMODO PREDIXIT quia oportet filium hominis crucifigi & tertia die amorte suscitari.

ALLE LUIA.

A(ntiphona) XPC RESURGENS EXMOR tuis iam nonmoritur mors illi ultra non dominabitur quod enim uiuit uiuit deo. A E U IA A E U IA.

INDIE DE RESUR RECTIONE D(omi)NI

HODIE PRO
cessit leo fortis sepul
chro obuius uictoriam
gaudebant caelestis mi
nistri ideo & nos laetemur canentes.

RESVRREXI
Per fractis sed prius claustris inferni du
ris morteque uicta.

ET ADHVC TECVM SVM AEVIA
A quo numquam licet incarnatus recessi.

POSUISTI SUPER ME
MANVM TVAM AEVIA

Quia iussu tuo ad tempus mortem gustaui.

MIRABILIS FACTA EST

SCIENTIA TUA.

Quod humilitate mea superbiam diaboli

superare decreuisti.

AEVIA AEVIA.

℣ Domine probasti me. [ET COGNOVISTI] meam.

Qui de morte turpissima ad resurrectio

nis gloriam me perduxisti.

RESURREXI. Gloria.

Que angelis est ueneranda cunctis atque

mortalibus.

RESURREXI

ALLELUIA

Iam redeunt gaudia festa lucent clara
iam nobis paschalia inferni rapit spo
lia agnus tremunt quem omnia qui
regit dispensat semper imperia.

OF. Ab increpatione et ira furoris domini.
TERRA TREMUIT ET QUIEVIT
Monumenta aperta sunt et multa cor
pora sanctorum surrexerunt.

OM RESURGERE IN IUDICIO DS

Xpictus surrexit a mortuis uenite ado
remus eum omnes una uoce dicentes.

ALLELUIA

CO In lege prisca agnus dei dominus prefiguratus pro nobis in cruce suspensus hodie de sepulchro surrexit ideo fratres laetemur canentes.

PASCHA NOSTRUM

Expurgate uetus fermentum ut sitis noua conspersio sicut estis azimi.

PASCHA NOSTRUM

Adducite uitulum saginatum et occidite et manducemus et epulemur.

PASCHA NOSTRUM

Comedite et bibite amici mei inebriamini karissimi.

PASCHA NOSTRUM.

Quotiens calicem hunc bibetis mortem domini adnuntiabitis donec ueniat.

PASCHA NOSRUM.

ALIO MODO.

EXSURGE RECTOR gentium nec moriturus amplius orbemque totum posside tuo redemptum sanguine.

RESURREXI

Principe inferni deuicto claustris ac reseratis.

ET ADHUC TECUM SUM AL(LELU)IA

A quo numquam recessi lic& in carne paruerim

POSUISTI SUPER ME

Quem tu solus & solum genuisti deus ante

AEUIA saecla.

Quia iussu tuo mortem degustaui

MIRABIL FACTA EST

Cui nulla sapientia mundi est equanda.

SCIENTIA TUA AEUIA

Quod tali uictoria uictorem

tumidum strauisti.

ALLELUIA

§ Dne probasti me meam.

Qui me de morte turpi assumptum sede.

re tecum in gloria facis

RESURREXI.

ALLELUIA.

Xpe tu uita uera quem pauescit mors ni
mis tartarea te nostro uocamus choro
ut emundes precordia qui regis aethera
laus tibi perpetua.

OF Terra tremuit & quieuit dic domine eia.

TERRA TREMUIT

Factus est in pace locus eius & habitatio
eius in sion cantate & psallite domino.

IBI CONFREGIT

Ibi confregit dominus cornu arcum scu

tum & gladium & bellum dicite et lau
date dominum.

IBI CONFREGIT

CO Pro pecudum cruoribus quibus huma
na crimina mundari inpossibile sanc
tus dixit apostolus.

CO PASCHA NOSRUM.

IN PASCHA AD EUCHARISTIAM

VENITE POPULI
ad sacrum & inmortale mysterium
& libamen agendum cum timore &
fide accedamus manibus mundis
poenitentiae munus communicemus

quoniam agnus dei propter nos patri sa
crificium propositum est ipsum solum
adoremus ipsum glorificemus cum an
gelis clamantes Al
le luia.

VERSUS RADPERTI
AD COMMUNICANDUM

LAUDES OMNIPOTENS
ferimus tibi dona colentes.
Corporis inmensi.
Sanguinis atque tui.
Tangimus ecce tuam
rector sanctissime mensam.

Tu licet indignis Propitiare tuis.

Propitiare pius peccata

absolue benignus

Posit ut inuictis

Adpropiare sacris.

Angelus aetheriis sanctus

descendat ab astris.

Purificans corpus

Cor pariterque pius.

haec medicina potens caeli

nos ducat in arces

Interea terris

Dans medicamen opis.

Quod colimus fragiles
saluator respice clemens
Summeque pascentes
Protege pastor oues.
Protege quas recreas
Hostis neproterat illas
Consolidans dono
Nos sine fine tuo
Nam sumus indigni
quos ornes munere tali
Tu pietate tua
Rex rege castra tua
Hoc pater omnipotens

cum christo perfice clemens.

Spiritus atque potens

trinus et unus apex.

IN ASCENSIONE DOMINI.

HODIE SUPERNUM SOLIUM SCANDIT ALTI

throni genitus ideo laudabili

uoce canamus tria.

VIRI GALILEI.

56

Qui xpi[c]ti huius eratis seduli ministri. Q[ui] d[e] a[c]to[o]mi[nis]

Nunc reuisere supera penetrantem polos. [Ramis]

ASPICIENTES IN CELUM AEUIA.

Iure celos repetit qui de ipsis ad terras uenit.

QUEMADMODUM VIDISTIS EUM ASCENDENTEM IN CELUM

Ut sedeat ad dextris ingiter sempiterni patris.

ITA UENIET AEUIA AEUIA AEUIA

PS Omnes gentes plaudite manibus

Qui nobis terrigenis ad celos iter monstrauit.

Uiri galilei. Gloria. Amen.

OF Hac die fratres ascendentem in celos.

dominum mente sequamur uocibusq;
celebremus imitando angelorum uer
ba canentes.

of VIRI GALILEI.

co Dominus ascendit inthronum patris
sui alleluia. alleluia.

co PSALLITE DOMINO.

IN OCTAVA DIE.

EX NUMERO
frequentium qui obuiarunt domi
no suo subsistunt angeli dicen
tes ad apostolos.

VIRI GALILEI QUID ADMIRAMINI

Quasi quid incredibile uel inopinatum fieret.

ASPICIENTES IN CELUM ALLELUIA

Iure celos petiit qui de celis ad terras uenit.

QUEMADMODUM UIDISTIS EUM ASCENDENTEM IN CELUM

Ne pseudo xpictos pro uero xpicto suscipiatis.

ITA UENIET ALLELUIA ALLELUIA ALLELUIA. OMNES GENTES

Qui uobis terrigenis ad celos iter monstrauit.

VIRI GALILEI. GLA. AM.

OF Nunc cognoscimus et nouerimus quia xpictus in polum scandit eia.

OF ASCENDIT DS

CO Pangamus cuncti & una laetati dicemus eia.

CO PSALLITE DNO.

IN DOM SCA PENTECOSTEN.

Hodie spiritus sanctus processit a throno & repleuit totum mundum deo gratias dicite eia.

SPIRITUS DOMINI

Spiritus precum & gratię atq; pietatis.

REPLEVIT ORBEM TERRARUM

ALLELUIA

Cunctum quidem potentia sed ecclesiam
tantum gratia.

ET HOC QUOD CONTI
NET OMNIA.

Omnipotentia patri atq; filio coequali.

SCIENTIAM HABET UOCIS ALLELUIA

Quod dies testatur presens et fidelibus
& incredulis. vel Inmente

ALLELUIA ALLELUIA. CONFIRMA

Qui mundo despectos tuo afflatos spi

ritu mundi dominas constituisti.

SPS DOMINI. Eia amen.

Consubstantialis patri & sempiterno filio coaeternus omnipotens summa uel ima continens.

SPIRITUS DOMINI.

AEUIA.

Laus tibi omnipotens deus quia hodie spiritus sanctus super apostolos uenit dicite filii eia.

ALLELUIA.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum & hoc quod contin& omnia sci

59

entiam habet uocis laus tibi sancta
trinitas

OF. Docti per spiritum et succensi igne
eius supplicamus domino in hac sancta
sollemnitate canentes atque dicentes
pariter omnes

OF. CONFIRMA hoc deus.

CO. Hodie spiritus sancti gratia fidelium
inluminet pectora dudum qui decee
lis xpicti missus est apostolis.

CO. FACTUS EST REPENTE.

IN NATIVIT SCI IOHANNIS BAPT.

HODIE FINIS

legis et prophetarum precursor xpi
iohannes natus est agite gratias dicentes.

De uentre matris meę
Ceu predixerat uox prioris prophetę.
Vocauit me dns nomine meo.
Dono suo non humanitus concesso.
Et posuit os meum ut gladium acutum
Contra inuidos lima suę gratiae uibratum.
Subtegmento mansuę ptex me.
Ut sui aduentus preconem fouendo
uirtute sua.

60

POSUIT ME

Quem miserat ardua sternere et ima celsis equare.

Quasi sagittam electam.

PS Bonum est confiteri altissime.

Qui trine machine conditor supera et terrea consolidat

De ventre. Cella amena. A

Angelo prenuntiante L

magnus hodie puer ex uetula matre I

procedens gaudium multis nascendo do I

nauit cum quo concinite. R

De ventre matris. R.

of Natiuitatem uenerandi precursoris
xpicti hodie deuotis laudibus celebre-
mus dicentes.

of IUSTUS UT PALMA FLOREBIT

Inter summos excelsus et magnus sum
mi imperatoris milites.

SICUT CEDRUS QUE IN LIBANO EST.

Flores uirtutum precipuos et peren
nes meritorum coronas accipiens.

MULTIPLICABITUR.

co hodie dilectissimi patres et fratres
congaudete sancto zacharie qui
infantulum spiritu sancto repletum

salutauit dicens.

CO. TU PUER PROPHETA AL

intuis laudibus sedulos
pius intuere
Quorum mortibus condolens
intantum humilis factus es.
ut mortem subires.
Tu deuictis inferni
legibus resurgens triumphans
Tu post crucem per orbem
gentib' imperas omps filius di.

DOMINICA PRIMA POST PASCHA.
DS IUDEX IUSTUS.

AEUIA IUDICE NOS INSPICIENTEM
Cripta cordis rimantem.
In commune precemur
Proprias illi puras conscientias

possimus ut exhibere ·
Ds patiens iuste clemens atque
TREMENDE ·
Tu vis parcere magis poenitenti
QUAM PLECTI ·
Tu non pasceris morte morientum ·
sed eos suscitas ·
Nec gaudes ds inperditione
qui stygem properant
Tuis ciuibus angelis est gaudium
prauo crimina sua puniente
Credo pereat ut unus pusillulus
non est placitum tuo inconspectu ·
Tu nos serua iugiter omni a malo ·
ds iuste iudex ·
Ut nonquando ueneris omnibus
digna factis redditurus ·
Nosmet habeas punire

sed muneraris.

DOMINICA SECUNDA

IN TE DOMINE SPERAVI.

[AL]LE[LU]IA LAUS TIBI SIT O FIDELIS DEUS

Qui numquam confundis in te

confidentes sed eos

magis glorificas.

Tu oppugnaculum adversus hostiles

incursatus et insidias.

Pastor noster disruptor laquei

Tu conserves qui timent te.

valde magna dulcedine

deus indulgens

DOMINICA III.

QUI TIMENT.

[AL]LE[LU]IA EN REGNATOR CELESTIUM

& terrenorum

Victor fortis infernalium regnorum.

In sede sibimet digna sedens
rector angelorum
humanos labores indulgens
miserator eorum qui timent
potestatis ipsius nutum
Id circo mundus omnis plaudat
iubilat canat exultans
cunctorum saeculorum rectori ·

DOMINICA · IIII ·
EXULTATE DEO ·

LETAMENTE AEUIA ·
canamus dō nr̄o ·
Qui defectam peccatis
semper nouat ecclesiam ·
Et eam pallidulam de radio ·
ueri solis illuminat ·
Et terrae de mesraim
eduxit fornacibus ignitis ·

Quique inomni tribulatione
eam exaudit ·
Insuper caelesti nutrit pane ·
Et cultum docet suum
Quin depetra melle dulci
eam adimplet ·

IN ASCENSIONE DOMINI · CAPTIVA

Summi triumphū regis
prosequamur laude ·
Qui caeli qui terrae regit sceptra
inferni iure domito ·
Qui sese pronobis redimendis
per magnum dedit precium ·
Huic nomen extat
conueniens idithun ·
Nam transiliuit omnes strenue
montes colliculosq; bethel ·

Saltum decælo dedit inuirginalem
uentrem inde inpelagus saeculi·
Postquam illud suo mitigauit po
tentatu tetras flege tonitis
assilit tenebras
Principis illius disturbato
imperio·
Maniplis plurimis inde erutis
mundum illustrat suo iubare·
Captiuitatemq; detentam inibi
uictor duxit secum
Et rediuiuum iam fuisse p̄buit
seruis et amicis·
Denique saltum dederat hodie
maximum nubes polosq;
cursu praepeti transuolans·
Celebret ergo populus
hunc diem credulus cuius

morbida idithun corpora
insemetipso altis sedibus caeli
inuexit di filius.
Et tremens iudicem expectat
ad futurum ut duo angeli
fratres docuerunt.
Qui ihc a uobis assumptus est
in caelum iterum ueniet
ut uidistis eum.
Nam idithun nrm uocibus
sedulis omnes imploremus.
Ut ad dextris patris qui sedet
spm mittat nobis scm.
In finem saeculi ipse quoq; semp
SIT NOBISCUM.
YMNI SUP. DNS IN SYNA.
Xpc hunc diem
iocundum cunctis

concedat esse xpianis· V I A

amatoribus suis·

Xpe ihu fili di mediator

naturae nostrae & diuinę·

Terras ds uisitasti eternus ethera

nouus homo transuolans·

Officiis te angeli atq; nubes

stipant ad patrem reuersurum·

Sed quid mirum cum lactanti

adhuc stella tibi seruiret

et angeli·

Tu hodie terrestribus rem nouam

et dulcem dedisti dne

sperandi caelestia·

Te hominem non fictum

leuando super sydereas

metas regum dne·

Quanta gaudia tuos

replent apostolos.
Quis dedisti cernere
te caelos pergere.
Quam hilares in caelis tibi
occurrunt noueni ordines.
Inhumeris portanti diu dispsum
alupis gregem unum.
Quem xpe bone pastor
tu dignare custodire.

DOM POST ASCENSIONE DNI.

CONFITEMINI.

AEU
YIA

O QUAM MIRA SUNT
ds tua portenta.
Qui spretum suis & extraneis
ODIOSUM.
utrisque & amandum & ualde
terribilem fecisti.
Expretcognita fame

et erogatione frumenti.
Qui fratris minimi causa
per uas argenteum
cognitus est fratribus.
Qui nos ad terram promissae
mansionis
Pharao perducat extincto.

IN NATALE SCORUM GORDIANI ET EPIMACHI.

NOS GORDIANI ATQ; AE
Epimachi nobiles laureas.
Excolentes obsecremus eosdem
famulatus ut noster sit
in conspectu praesentatus
ditatis prece illorum.
Et quod illis offerimus honori
per illorum deprecatus

atq; interuentus nosmet
conciliet xpo tonanti.
Hic est gordianus mundi
quondam primates
atque uicarius sub iuliano
tyranno xpianorum aucupe.
Qui diues cum eet
apud imperatorem
et fultus gloria grandi principis
reuera ut eius uicem gereret.
Xpi repentina mutatus
pietate et carismatibus
diuinis plene imbutus
dnm amplectitur
et regem reliquit.
Paulus apostolus ut olim
spirans minis & cede dum stud&
capere capi meretur

ex persecutore uerbi sator factus.
Hic gordianus dum plebem
credentum persequendo
neci ascribit mancipandam
quod expugnauit pro illo
passus moritur.
Et sup artem quem mundanus
habebat iam diuinus
atque caelestis exactorem
sustinebat ut ferocissimum
iudicem.
Cum autem creator decerneret &
suum athletam agonem
terminare et labori finem
sanciret imponere
Sub ense crudeli occubuit
& per mortale tormentum
reuiuiscens uitam per mortē

se nunc laetatur indeptum·
Nunc omnes martyrem
caelo fruentem·
Communi uoce expostulemus
ut ille et epymachus nos
& hunc locum foueant·
Ut sicut unitas illos fidei·
Et tumba socialis nexuit
sic simile suffragium nos
sentiamus amborum·
O domine qui hunc
contulisti honorem
tuis testibus qui te
cuncta spernentes
erant secuti·
Et centuplum in hoc illis
mundo donares & uitam
aeternam in superna sede

largitus es sps.
Fac nos horum consortes
quaesumus in caelis.
Quorum triumphos honore
ueneramur in terris.
YNDE SUPRA. ROMANA.
GAUDENDUM NOBIS
suadent huius diei festa.
Uictorum agone serena.
Palmaque perenni dicata.
Quos pius atque fidelis imperator
post bella peracta.
Praemia congaudens ipsis
perduxerat clemens ad aeterna.
Nam gordianum p̄diti principis
subsecutum uota maligna.
Nutu caelesti monitum docuit
meliora subire castra.

Et idem qui prius terrena
nescius exercebat lucra.
Protinus impiger et audax
belliger assumpsit superna.
Iudex impius uritur ira
saeua martyrque laetatur
mente clara.
Post epymachum uolitans
quem iam dudum hac die
colebat plebs superna.
Horum ergo meritis
dn̄e supplicantum terge delicta.
Quorum laudes ad tuam gloriam
celebramus uoce deuota.
Tu rege xp̄e corda.

DE SC̄O DESIDERIO.
CYXPHONIA

AE

SUMMIS CONATIBUS

nunc dō nr̄o modulemur
uocibus ob militis eius merita·
Cuius almus sp̄s hodie uic
tis malignis hostibus
intrauerat caeli secreta·
hinc gaudet chorus inclytus
martyrum occurrit
& coetus sanctorum
laureatus pontificum
ex socia laeti corona·
Sed dolet eiusdē tunc ęccl̄a·
tanti patris ad tempus cara
defraudata presentia
cuius erat regni conscia·
hic desiderius uocatus
desideriorum aeternorum
repletus fuit atque
praeditus omni gratia·

Huius ab ipsis cunularum
primordiis uita
sacris xpi doctrinis
monitis adhaeserat
inuictissima.
Hic praesulis regimen tenens
non passus lupanar
existere fideles
ut helias hiezabelis
sic moechae tulit odia.
Ueritatis et idem testis
iniusto malignae mulieris
furore patiens exilium
fulsit ibi per miraculum
Sed nulla miserorum
astutia deuictus
sacratum propositum
siue debita dereliquit monita.

Plus et eligens mortem
quam fouere peccantem
capitis per uulnera
mercatus erat sacra caeli
culmina.
Fit certamen plebium
lugdunensium atque
uiennensium pro sanctissimi
corporis gleba.
Sed quae semper fuerat uictrix
patulae gaudet uienna fraude
istic uincere felicissima.
huius sacris festis
tu ds omnium splendor
atque gloria sanctorum.
nostra dele crimina.
Ut possimus tibi placere
laudibus debitis.

hoc tua nobis xpe
semper donet gratia.
Spiritus tui praesente
uirtute sancta.

DOM SCA IN PENTECOST
OCCIDENTANA.

SANCTI SPIRITUS
ASSIT NOBIS
GRATIA.

Quae corda nra sibi
faciat habitaculum.
Expulsis inde cunctis
uitiis spiritalibus
Spiritus alme
illustrator hominum.
horridas nostrae
mentis purga tenebras.
Amator sce sensatorum

semper cogitatuum
Infunde unctionem tuam
clemens nostris sensibus
Tu purificator omnium
flagitiorum sc̄s·
Purifica nostri oculum
interioris hominis·
Ut uideri supp̄remus genitor
possit anobis
Mundi cordis quem soli cernere
possunt oculi·
Prophetas tu inspirasti ut p̄conia
xp̄i praecinuissent inclita·
Apostolos confortasti uti tropheū
xp̄i pertotum mundum
ueherent·
Quando machinam peruerbū
suum fecit ds̄

caeli terrae marium·

Tu super aquas foturus eas
numen tuum expandisti spc·

Tu animabus uiuificandis
aquas faecundas·

Tu aspirando das spiritales
esse homines

Tu diuisum per linguas mundum
& ritus adunasti dne·

Idolatras ad cultum di
reuocans magistrorum optime·

Ergo nos supplicantes tibi
exaudi propitius scе sps·

Sine quo preces omnes cassę
creduntur & indigne di auribꝰ·

Tu qui omnium seculorum scos

Tui numinis docuisti instinctu
amplectendo spiritus·

Ipse hodie apostolos xpi ·
Donans munere insolito ·
& cunctis inaudito saeculis ·
Hunc diem gloriosum fecisti ·
IN OCTAVA PENTECOSTES ·
PLANCTUS STERILIS ·
BENEDICTO GRATIAS DO ALLELUIA
Nos referamus benedicti
illius sca manu ·
Atque signati digitorum
ipsius charismate ·
Qui perditos terrigenas recreasti ·
Per unicum natum tuum
sce pater ueram uitam
dans ad mortem
Natura qui te nostra uestire
xpe dignatus est ·
Et eam pro peccatis humanis

patri tuo obtulisti ·
acceptum in sacrificium ·
Sanctissime sp̄s patris filiique ·
Remissio omnium uera peccatorū ·
Restitutioq; omnis innocentiae ·
Atque s̄c̄itatis donator eximie ·
Tibi creatori sit patri principatus ·
Tibi redemptori sit regnū ih̄u xp̄o ·
Spirituique s̄c̄ificatori
Et cordium illuminatori ·
perpes potestas ·

IN NAT̄ SANCTI IOHANNIS BAPTISTE · Iustus ut palma maior ·

S c̄i baptiste
xp̄i praeconiis
Sollemnia celebrantes
moribus ipsum sequamur ·

Ut ad uiam quam praedixit
asseclas suos perducat.
Deuoti te scissime hominum
amice ihu xpi flagitamus
ut gaudia percipiamus.
Apparensque zacharie gabrihel
repromisit qui tuam celebrarent
obsequiis natiuitatem.
Et per haec festa eterna gaudia
adipiscamur.
Qua sci di sacris deliciis
laeti congaudent.
Te qui preparas fidelium corda
Nequid deuium uel lubricum ds
in eis inueniat
Te deposcimus ut crimina nra
Et facinora continua prece
studeas absoluere.

Placatus ut ipse suos
semper inuisere fideles.
Et mansionem in eis facere
dignetur.
Et agni uellere quem tuo digito
mundi monstraueras tollere
crimina nos uelit induere.
Ut ipsum mereamur angelis associ
in alba ueste sequi
per portam clarissimam.
Amice xpi iohannes.

IN NATALE APLORU.
PETRI ET PAULI.
CONCORDIA.

PETRE SUMME
xpi pastor et paule
GENTIUM DOCTOR.
Ecclesiam uestris doctrinis

illuminatam.

Per circulum terrae praeccatus
adiuuet uester.

Nam dn̄s petre caelorum
tibi claues dono dedit.

Armigerum beniamin xp̄c.
te scit suum uasq; electum.

Mare planta te petre xp̄c
conculcare tuae dedit caritati.

Umbram tui corporis infirmis
debilibusq; fecit medicinam.

Spermologon philosophos te
paule xp̄s dat uincere sua uoce.

Multiplices uictorias tu paule xp̄o
per populos adquisisti.

Postremo uictis omnib; barbaris.

Ad arcem summi p̄gitis culminis.
germanos discordes sub gr̄a xp̄i

paccatos iam coacturi
Ibi neronis feritas principes·
Apostolorum plebis plurimis
uictores diuersae te petre & paule
addixerat poene mortis.
Te crux associat te uero gladius
cruentus mittit xpo·
IN NATALE SCI BENEDICTI CONFESSORIS· Iustus GERMINAUIT·
QUI BENEDICI CUPITIS
Qhuc festim currite
benedicti patris opem quaerite
Terrena spernite ad poli gaudia
mentes tendite·
Quo uir inclytus iste certissimam
monstrauit semitam·
In quo nil nisi pia simplicitas

ac norma radiat ·
Hic iam aprimo flore &annis
teneris maturis moribus
senectam possidens ·
Cunctas lasciuę carnis illecebras
domans agio pneumati
se uas exhibuit ·
Quantas dō animas lucratus
fuerit dn̄s numerat
et hostis ingemit ·
Cuius nouas nenias et crude
lissima proelia caelitus
suffultus strauerat ·
Iste calicem laetali potu spu
midum eminus misso signo
crucis ceu saxo iacto fregerat
Persequentium ruinas dolet
ut dauid opera absentum spū

cognoscit elisaico
Ut sacer moyses de rupe flumina
patribus elicit ferrum natare praecepit
Ut petrum dominus sic maurum
currere fecerat pelagus
phisin per fidem superans
Orbati patris luctum absterserit
defuncto uitae reddito.
Collectum mundi globum
nocte ceu sub solis iubare uidet.
Qui praescriptum beati sui transitus.
Diem praenoscens signauit
caris fratribus.
Obeunte eodem quidam
pulcherrimam uiderant uiam.
Per quam illis est dictum
benedictum patrem
caelos aduectum.

196

Quo sequi nos donet xpc.

IN N. SCI EUSEBII CONFESSORIS. IUSTUS UT PALMA. MIN.

REX REGUM DS noster colende. AEUIA.

Tu moderaris militiam xpianam

Bellandi gnaros horribili proelio destinando.

Consules scios rei publicae.

Dando magistros tuis populis

Nec enim falleris eligendi sapiens.

Quem tuo subroges ministerio ds.

Ex quibus est sacer iste sacerdos.

Qui in pace degens ecclesie scae

Consiliatus est qualiter hostis irruptionem.

Quae solet incautis sepe euenire

Praemuniuisset.

Iste hereticis inuisus atq; paganis
nec non regi omnium malorum.
Gaudet se dñi participatum tenere
hostes eius perferens cum illo.
Tu nobis triticum
dispensator optime
Doctrinae dñi
impertire iugiter.
Caelestem quatenus
remeare patriam.
Possimus abundantibus alimoniis.
miles di praecelse.
DE SCA AFRA MART.
AMENA
AEUIA LAUDES DEO PENNI.
auctori redemptionis
nrã presultet nunc armonia.
Qui uult oms saluos ee nullum

fraudans sua clementia.
Huius ipse diei nobis consecravit
sca praeconia.
Mundans suas ad spiritalia
quod replebat inimicitia.
Mutatio dexterę placida cuius
apparebat in beata afra.
Quam sordibus erutam fecerat
munda sibi offerre thimiamata.
Carnis ac suae sacrificia.
Quam de luto sumptam caelestia
fecit calcare pedibus lilia
Ac cum candidulis virginibus
fecit habere regni consortia.
Huius obtentu nra tergat pius
delicta.

DE SCIS VIRGINIBUS.
PUELLA TURBATA.

SCALAM AD CELOS.
subrectam tormentis cinctam.
Cuius ima draco seruare
cautus inuigilat iugiter.
Ne quis eius uel primum gradum
possit insaucius scandere.
Cuius ascensus extracto aethiops
gladio uetat exitium minitans.
Cuius supremis innixus iuuenis
splendidus ramum
aureolum retinet.
hanc ergo scalam ita xpi amor
feminis fecit peruiam
ut dracone conculcato
& ethiopis gladio transito.
Per omne genus tormentorū
caeli apicem queant capere
& de manu confortantis

regis auream lauream sumere.
Quid tibi profecit, per fane serpens
quondam unam
decepisse mulierem.
Cum uirgo peperit incarnatum
dei patris unicum dominum ihesum.
Qui praedam tibi tulit
et armilla maxillam forat
Et egressus aeuae natis fiat
quos tenere cupis.
Nunc ergo temet uirgines
uincere cernis inuide.
Et maritatas parere filios
deo placitos.
Et uiduarum maritis fidem
nunc ingemis integram
Qui creatori fidem negare.
persuaseras uirgini.

Feminas nunc uides inbello
contra te facto duces existere.
Quae filios suos instigant fortiter
tua tormenta uincere.
Quin & tua uasa meretrices
dn̄s emundat.
Et haec sibi templum dignatur
efficere purgatum.
Probis nunc beneficus
incommune dn̄m
nos glorificemus
et peccatores et iusti.
Qui & stantes corroborat
et prolapsis dexteram
porrigit ut saltim
post facinora surgamus.

IN N. SCI LAURENTII. ROMANA.

LAURENTI DAUID MAGNI

martyr milesque fortis

Tu imperatoris tribunal·

Tu manus tortorum cruentas·

Spreuisti secutus desiderabilem

atq; manu fortem·

Qui solus potuit regna

superare tyranni crudelis·

Cuiusque scs sanguinis prodigos

facit amor milites eius·

Tummodo illum liceat cernere

dispendio uitae presentis·

Caesaris tu fasces contemnis

& iudicis minas derides·

Carnifex ungulas & ustor

craticulam uane consumunt

Dolet impius urbis prefectus

uictus apisce assato xpi cibo.
Gaudet dni conuiua fauo
con resurgendi cu ipso saturatus.
O laurenti militum dauid in
uictissime regis aeterni.
Apud illum seruulis ipsius
deprecare ueniam semper.
Martyr milesque fortis.
IN ASSUMPTIONE SANCTAE MARIAE.
MATER.
CONGAUDENT
angelorum chori
gloriose uirgini.
Quae sine uirili
commixtione genuit.
Filium qui suo mundum
cruore medicat.

Nam ipsa laetatur quod caeli
iam conspicatur principem
In terris cui quondam sugendas·
uirgo mamillas praebuit·
Quam celebris angelis maria
ihū mater creditur·
Qui filii illius debitos
se cognoscunt famulos·
Qua gloria in caelis
ista uirgo colitur
Quae dn̄o caeli p̄buit hospiciū·
sui s̄cissimi corporis·
Quam splendida polo
stella maris rutilat:
Quae omnium lumen astrorū
& hominū atq; sp̄uum genuit·
Te caeli regina hęc plebecula
piis concelebrat mentibus·

Te cantu melodo super aethera
una cum angelis elevat.
Te libri virgo concinunt.
prophetarum chorus iubilat
sacerdotum apostoli coe
tusq; martyrum predicant.
Te plebes sexus sequitur utriusq;
vitam diligens virginalem
celicolas in castimonia emulans.
Ecclesia ergo cuncta te cordib;
teq; carminibus celebrans.
Tibi suam manifestat devotionē
precatu te supplici
implorans maria.
Ut sibi auxilio circa xp̄m dn̄m
esse digneris per aevum.

IN DECOLLATIONE SCI IOHAN.

S CA P TI IIA·

Summu p̃conẽ xp̄i· A E II

collaudemus laeti· II IA

Quo ipsa ueritas protestatur·

maiorem fore neminem·

Innatis gignentum p̃ter unum

parthenu casta genitum·

hic matre diu iam sterili editus·

Non solum patri muto eloquium

reddit sed plurimis gaudium·

Sed quidem celo meruit nominari

mundi nequit illecebris infici·

Innocens degere q̃ cum desiderat

uitat om̃s execrandi consortii

aditus·

Et solus solius inherens dĩ uisibus·

Corporis lubricos luxus ẽdomans

carnem spiritui subegerat·

Seueritatemq· sibimet placitam
caeteris intentans
ODON ADAN TRWTION corda parat dō
uerbis et exemplis ·
Hic idem maior uatibus ę qui par
angelis peccata mundi tollentē
notat digito ·
Ut que nil boni deforet famulus
dn̄m patris superi uocibus
proditum super sedente s̄co
sp̄u cęlo mirante lauat flumine
Hunc talem ac tantum pro
terue saltatrici exponit
pręmium moechus rex adulter ·
Pro dolor pro nefas ah scelus
inauditum quis tantum
facinus cogitaret umquam ·
Sed tu quidem xp̄i nepos

egregie martyr uenerande.
Precurre iam gaudens nuntia
mortuis uitam aduenisse.
Nosque de tenebris luci
restitutos offer xpo.

IN NATIVITATE SCE MARIE
ADDUCENTUR.
STIRPE MARIA REGIA AEVIA
Pro creata regē generans ihm.
Laude digna angelorum scorum
Et nos peccatores tibi deuotos
intuere benigna.
Tu pios patrum mores ostentas
inte sed excellis eosdem.
Patris tui salomonis
inte lucet sophia.
Et ezechie apud dnm correctu

sed numquam intte corrumpendū.
Patris iosiae adimplevit
te religiositas.
Summi etiam patriarchae
te fides totam possedit patris tui
Sed quid nos istos recensēm heroas.
Cum tuus natus oms pcellat illos.
atque cunctos per orbem.
Nos hac die tibi gregatos serva
virgo in lucem mundi qua pdisti.
Partitura caelorum lumen.

UNDE SUPRA: PUELLA TURBATA:

AEU
U LA

ECCE SOLEMNIS
DIEI canamus festa
Qua seculo pcessit
gemma potens
et nobilis maria.

Regalibus exorta parentelis
theotochos inclyta
haec egressura de germine iessae
tempore prisco p̄dicta ē uirgula·
Et flos ex eius radice procedens
turbida mundi absoluer&
CRIMINA.
Istam uenturam ueterū parentū
linguę pphetis plene testabant̄
celitus ac p̄cinuerant alma oracula·
Quę uirgo manens partura
foret unico more filium
sp̄italiter conceptum qui con
traderet mundo remedia·
Quae dauidis genita
stirpe clara generosi
nominis fert insignia·
Salomonis creditur

haec propinqua sed maiori
predita sapientia.
Haec de regibus generis clari
sumpsit primordia.
Et haec eadem regis aeterni
mater castissima.
Eius qui ante tempora fuerat
atque saecula.
Qui angelos & homines iunxerat
pace placida.
Illius nobis adesse cuncti
praecemur auxilia.
Per quem tam grauis destructa
paci concessit discordia.
Illius hoc nobis adquirat
genitrix sca̅ quam sonant
gaudia.
Atq; suum nobis placatu̅ faciat
natum p̲ cuncta secula.

Ille nobis cuncta ut dimittat
pleniter delicta
Et aeterna clemens tribuat or-
nari ter corona.
O nunc celorum domina
famulorum uocibus motaque de-
poscunt aure suscipe benigna.
Et nos tuo munimine tuearis
sedule donec nosmet regna
dones scandere superna.

DE SCO MAURITIO ET SOTIIS EIUS.

METENSIS MINOR. ALLELUIA.

SCI BELLI CELEBREMUS
triumphum laude debita.
Quo xpicolum decens fit uictoria.
Dextrorsum casta mauricius
ducit agmina.
Contra scelesta herculius augus (?) et plia

Coniurant secu cetra felicium uota·
Conspirant sci subdere colla deuota·
Decimum iam quemque celi
suscepit Regia·
Mox et subsequentum clara
uisura milia·
Quorum precibus tua nos dne
regat gratia·
Tanti ducis ut mereamur sequi
fida monita·
Spatia uitae percuncta·

UNDE SUP. YMNΩΔIAKONICCA·

AEVIA

IBANT PARITER ANIMIS
& ducibus imparibus
agmina dominica & hostis
atrocissime phalanges·
his pfuit dux optimus mauricius
perfidis crudelia crudelis

herculius dictat iura·
Hisc̄ uotum domino omnium
corda subdere· his persuasit
caecitas diuersis monstrorum
nugis seruire·
Cum phanis ritibus plebs di̅
nollet pollui obstinatos iussio
seuera cede fecit decimari·
O quam fortia militum xp̅i
suprema sorte pectora igneo
fidei tuta clipeo·
In sex milibus sexcentis sexque
ac sexaginta sociis mens una
par uotum consors gloria·
Quo putas hostem dolore p̅mi
tanto de populo cum uideret
nullum posse decipi·
Quo credis aula caelestis regni

festo iocundantur tantum
decus cum de terra mittitur.
His etiam vetulus florido
robore victor se coniunxit
Ac ne fulgido ordini deforet
pontifex postea felix
Hemmerammus.
Nunc te precamur beata
cohors cuius cuncta xp̄c
nomina caute tenet notata
Ut nr̄a plurima facinora
crebra prece roges deleri
nosque piis ascribi.
Candide maurici exsuperi
INNOCENTI.

IN DEDICATIONE ECCLAE.

LAETATUS SUM

AEUIA Psallat eccla

mater illibata.
Et uirgo sine ruga
honorem huius ecclesiae.
haec domus aulae caelestis
probatur particeps
In laude regis celorū & cerimoniis.
Et lumine continuo emulans
ciuitatem sine tenebris.
Et corpora in gremio confouens
animarum que in celo uiuunt.
Quam dextra protegat dī.
Ad laudem ipsius diu.
Hic nouam prolem gratia
parturit foecunda spū scō.
Angeli ciues uisitant hic suos
& corpus sumitur ihū.
Fugiunt uniuersa corpori nocua.
Pereunt peccatricis animę crimina.

Hic uox laetitiae personat.
Hic pax et gaudia redundant.
Hac domo trinitati laus
et gloria semper resultant.

UNDE SUPᵃ. FIDICULA.

SOLEMNITATEM
huius deuoti filii ecclesiae
Nimirum u(est)r(a)e matris colite
Quae uosmet ex aluo
spiritali genuit.
Qui partus terrenos caeli
heredes fecit.
Igitur caelebris haec cunctis
festiuitas maneat.
Istius qui matris se natos
esse procerto sciant.
OREMUS OMNES.
OMNES OREMUS.

Ut matri coniunctos catholicae.
omnipotens filios faciat.
in hierusalem celsa iocundos.
Ac pacis aeternae consocians
uisioni coetibus angelicis
coheredes esse tribuat.
AMEN ET AMEN
FIAT FIAT.
O sancti haec domus
quorum artus continet.
Saluator hoc nobis
precibus uestris donet
Quod nullis meritis cognouimus
nos mereri propriis
ut puta qui terra sumus
atque tabescens cinis.

ITEM UNDE SUPRA

TU CIUIUM DEUS CONDITOR

et sc̄ificator caelestium ·
et mansionem eorundem ·
Intra templum maiestati
nominis tui consecratum
Tibi populum congregatum
Tua gratia sc̄ifica ·
Ut tuo dono largiente tibi
fieri gratum templum
mereamur nunc et semper
et in aeuum ds̄ qui neminem
VIS PERIRE ·

DE SCO MICHAHELE ARCH·
GRECA

Magnū te michahe le
habentes pignus ·
Ciuium nr̄orum si tamen
serui studeamus esse di ·
Poscimus ut tuis precibus

consortes mereamur fieri.
Eorum beatitudinis ineffabilis
quam in di conspectu
eos habere confidimus.
Qui est beatitudo
uera scorum perpetuo.
Quod quia scimus non posse fieri.
Nisi bonis studeatur meritis.
Poscimus ut dm̄ scos mores
nos instruere semp postules
Ut introire ualeamus aulam
que non recipit ullam maculam.
Tu qui di caritatem retinens.
Inmortalis pdurasti michahel.
Post mortem requiem
nobis deprecare.

ALIUNDE SUPRA

ANGELORUM ORDO AEUIA

sacer di sereno semper
uultu iocundate ·
Qui laude ipsius super fauum
dulci pasceris ineuum ·
Cursum uitae nrę numquam
stabilem tuis supplicationib'
commenda dō ·
Qui licet excelsus regni & incelis
Infima terrae pius intendit ·
ITEM UNDE SUPRA.
AEUIA
SUMMI REGIS
Sarchangele michahel ·
Intende qs nris sensibus ·
Te namque profitemur esse ·
supernorum principem ciuium ·
Tu dm obsecra pronobis
utmittat auxilium miseris ·
Idem tenes perpetui principatus

paradysi omnes ciues
te honorant superi ·
Principatus et potestates
a dn̄o tibi datas peccantes
saluificare animas ·
Tu in templo di̅ turibulum
aureum uisus es habuisse
IN MANIBUS ·
Inde scandens uapor aromata
plurima peruenit ante
conspectum di̅ ·
Quando cum dracone magnum
perfecisti proelium faucibus
illius animas abstraxisti
plurimas ·
hinc maximum augebatur
in caelo silentium milia
milium dicebant salus

REGI DNO.

Audi nos michahel angele.
summe. tu palam descendis
depoli sede nobis ferendo
opem dni atque leuamen
INDULGENTIAE.

Tu nros gabrihel hostes
prosterne tu raphahel
aegris affer medelam morbos
absterge noxas dilue nosq;
fac interesse gaudiis beatorum.

IN FESTIUITATE SCI GALLI
CONFESSORIS EXIMII. DIES
SCIFICATUS.

AEUIA Xpe scis unica
spes salus uita atq; gla ppetua
Cuius carismate sicut india
ita flagrat & hibernia.

Quin insuper mirando modo
noua mittit luminaria·
Quem gallię uel germaniae
corda foueant sterilia·
Ex quibus probati per omnia·
Nos hodie beati galli merita
tui confessoris inclyti recolentes
eius clara deuote curamus
sollemnia·
Et sicut presens sua tempora
Uirtutibus concessis tuo munere
clarificauit ita nr̄a tempora
de caelo tua concommitante
sese gratia·
Daemoniacas domans rabies atq;
sanitatum tribuens medicamina·
Et ueniam lapsis depr̄cans iugi
supplicationū scōrū instantia·

Nec non pacis gaudia et transitivę
uitę commoda atque sempiterna
cum sanctis praemia.
Atque meretricibus et publicanis tui
am pandere consuevisti
poenitendi remedia.
Te sanctum pro nostris reatibus
ad cruciamenta uolens
permittendo probrosissima.
Ut tui participes spiritus ad patris
dexteram infinita
perfruamur gloria.
Unde sup. IUSTUS UT PALMA
O DILECTE DEO GALLE
P F R F N N I
hominibusque et coetibus
ANGELORUM.
Qui ihesu christi oboediens

arduae suasioni ·
Predia patris gremium matris ·
Coniugis curam ludicra nati ·
Spreuisti pauperem
pauper dnm sequens ·
Et crucem gaudiis ptulisti lubricis
Sed xpc pretio centuplicato ·
Hec compensat ut dicis iste testatur ·
Cum tibi nos omnes filios dulci
subdit affectu ·
Sueuiamq; suauem patriam tibi
galle donauit ·
Nec non & iudicem in caelis
apostolorum choro
iunctum te fecit sedere ·
Te nunc suppliciter pcamur ·
ut nobis ihm xpm
galle postules fauere ·

Et locum corporis
eius pace repleas·
Actuos supplices
crebra prece subleues·
Ut tibi debitam honorificentiā·
Letabundi semp̄ meritam̄ soluere
O galle dō̄ dilecte·

DE SCO IANUARIO·

ALELUIA PANGAT YMNUM
augensis insula martyrū plena·
Que maximo hodie gaudio cōpta
Cum colit rubras presentium
testium lauros·
Effusione qui sanguinis
emerunt caelum·
Ianuarius nam princeps·
qui fuit praesul·
Accinctus seno ad poenam

numero fratrum·

Beneuentano regno tale
decus emicuit·

Quos xpc saluti misit
sueuiae medicos·

Eia iam fratres placemus
dnm odis deuotis

Qui nos sedula pce martyrum
coronet languidos·

Et tueatur inaeuum·

IN FESTIVITATE OMNIUM
SCORV· VOX EXULTATIONIS AE

OMNES SCI SERAPHI
cherubim throni quoq;
Dominationesq; principatus
potestates uirtutes·

Archangeli angeli uos decet
laus et honores·

Ordines nouenos spūum beatorū·
Quos indi laudib; firmauit caritas·
Nos fragiles homines
firmate precibus·
Ut spiritales prauitates uīo
iuuamine uincentes fortiter
Nunc & in aeuum uīis simus digni
sollemniis interesse sacris·
Uos quos dī gratia
uincere terrea·
Et angelis socios fecit et polo·
Uos patriarchae prophetae
apostoli confessores martyres
monachi uirgines
Et uiduarum scārum
omniumque placentium
populus suppremo dn̄o·
NOS ADIUTORIUM·

YNC ET PERENNITER.
Foueat protegat ut uestram indie
poscimus gaudiorum uestrorum
IN NAT SCI MARTINI. BEA
TUS VIR QUI TIMET.
SACERDOTEM XPI AEUIA
martinum cuncta per orbem
canat ecclesia pacis catholicae.
Atq; illius nomen omnis hereticus
fugiat pallidus.
Pannonia laetetur genitrix
TALIS FILII
Italia exultet alitrix
tanti iuuenis
Et galliae trina diuisio
sacro certet litigio
cuius esse debeat presul.
Sed pariter habere se patrem

omnes gaudeant turoni soli·
corpus eius foueant·
Huic francorum atq; germaniae
Plebs omnis plaudat·
Quibus uidendum inuexit dn̄m
in sua ueste·
Hic celebris ē egypti patribus
gretiae quoq; cunctis sapientib'·
Qui impares se martini meritis
sentiunt atq; eius medicamini·
Nam febres sedat demonesq; fugat
Paralytica membra glutinat·
Et mortuorum sua prece trium
reddit corpora uite pristine.
Hic ritus sacrilegos destruit
& ad xp̄i gloriam dat ignibidola·
Hic nudis mysteria brachiis
conficiens p̄ditus ē celesti lumine

Hic oculis ac manibus in caelum
et totis uiribus suspensus
terrena cuncta respuit.
Eius ori numquam xps abfuit
siue iustitia uel quicquid
ad ueram uitam pertinet.
Igitur te cuncti poscimus o mar-
tine ut qui multa mira hic
ostendisti.
Etiam de caelo gratiam xpi nobis
supplicatu tuo semper infundas.

DE SCO OTMARO. METENSIS.

LAUDE DIGNUM SANCTUM — AEUIA
canat otmarum sueuia mater.
Talis nati perfectu gratulans semper
Hic uelut sidus eximium placitus deo.
Inter fraternas caligines
rutilans micat.

Hic ihū xp̄i praeceptis
Paruit promptus.
Hic eius membris
subuenit minimis largus.
Nunc sue perfectae uitae
se testem exhibet.
Debiles curando atque
tuendo supplices
Hunc iam coetibus
coniunctum scōrum
cuncti precemur.
Ut nos fragiles
semper conciliet dn̄o dō
Qui regnat trinitas summa.

IN FEST̄. SCI OTMARI · EIA TUR MA
EIA FRATRES CARI
E festiuitatem scī.
Otmari patris agamus exultan

AE E YIA

tes gaudio sci sps
Cuius gratiam per eius meritu
nos consequi posse credimus.
Laetetur suevia prolis tantae
glorioso partu fecunda dno.
Exultet iuvenis tanti nutrix
curiensis rectianorum regio.
Ecce iste est qui sacerdos
in diebus suis do complacens.
Legem xpi custodiendo
reconciliavit mundum dno.
Candelabrum ponite fratres
lucernae huic aureum.
Ut sublime posita clarum
iocundius spargat lumen
Et diabolicos radio longe
pellat errores.
Celestis patrie semitam

monstrans plebi credentium
hic igitur otmarus spiritu sancto plenus
in scotigene galli cella uerendi.
Coenobialis uite tradit instituta
benedictus ut castro fecit cassino
Studiis hunc locum fouens
exemplis irradians
Itaque cum lupis caulas domini
uastantibus
Auctoritas uiri optimi helo
xpi obstaret raptus est ab eis.
In insulam rheni fluminis qui
detrusus diuque misere tractatus
O e carcere huius uite caeli
REGNA PETIIT.
Inde suis supplicibus pacem
xpi tribuens
Qui nos deo semper commendet.

216

AD S(AN)C(T)O COLUMBANO · BEATUS VIR Q(UI) SUFF(ERT)

A SOLIS OCCASU

Usque ad exortum ·

Est cunctis nomen tuum

d(eu)s laudabile ·

Qui inde nouum solem

mittis mira lege ·

Qui lustret orbem radiis ·

Et fotu terras uegetet ·

Hic columbanus nomine

columbinae uitae fuit ·

Dignus habere sp(iritu)s s(an)c(t)i pignus

IN HAC UITA ·

Hic cum iohanne regis inces

tum increpare non metuit

Hic terram cum abraham re

liquit & cognatos p(ro)pter d(eu)m

Huic pastum dat d(eu)s inde

serto cum moyse.
Huic caelum obsequi est paratum cum iosue
Hic feras mansue fecit et coruos ut heliae et danihel.
Hic persecutiones cum apostolis xpi perpetitur.
Huic ipse ueritatis hostis nutu di.
Testatur quod hic ueritatis cultor foret.
Nos ergo te te poscimus.
Beate quo nos dno
Tu commendes.

IN NAT SCI ANDREE APLI.

AE
U IA

Dns in syna.
S in tua uirtute
D scs andreas gaudet
et laetatur eadem comitatus

Piscatio nati tui ipse primum
factus piscator populorum
Mirmidones idolatras diu fluctiua
gos rete coepit fidei.
Is legibus achaiam tuis ds
uictor illius subiugauit.
Et tropheum xpi tui fixit
ibi bonum se ostentans militē.
Miraculis uirtutibus doctrinis
quacumq; quaesita spolia
tibi o rex attulit.
Atq; suo cruore triumphi
inscripsit titulos tui regū dne.
Istum crucis socium
et regni credimus
Xpi filii tui atq; fraterculum.
Nos igitur peccatis nris
grauati te ds poscimus.

Ut illius qui tua semper sectatus
praecepta tibi placet.
Nos intercessione
tuearis in aeternum.
IN N. APL. Q. DNS REGNAVIT.
CLARE SCORU SENATUS
apostolorum princeps orbis
terrarum rectorque regnorum
Ecclesiarum mores et uitam
moderare.
Quae per doctrinam tuam
fideles sunt ubique.
Antiochus et remus concedunt
tibi petre regni solium.
Tyrannidem tu paule alexan
drinam inuasisti grecias.
Aethiopes horridos mathee
agnelli uellere.

Qui maculas nesciant aliquas
uestisti candido·
Thoma bartholomee iohannes
philippe symon iacobiq· pariles
Andrea tathee di bellatores inclitı·
En uos occidens et oriens
Immo teres mundı circulus
se patres habere gaudet
& expectat iudices
Et id circo mundus omnis
laudes uobis et honorem
scis debitum supplex impendit·

IN NAT· SCORŪ MARTYRŪ·
UOX EXULTATIONIS·
AGONE TRIUMPHALI
militum regis summi
Oṁes iste celebris ē populis
ipsi regi credulis·

Hi delectamentum respuerant
mundanorum·
Et crucem tunc turpem
cottidie baiolarunt·
Hos nullius feritas a xpo separet·
Quin ad eum mortibus
millenis properent
Non carcer ullus aut catena
molliunt fortia in xpo pectora·
Sed nec ferarum morsus diri
martyrum solidum
excauant animum·
Non imminens capiti
gladius territat·
Fortissimos milites optimi dni
Nunc manu di complexi
persequentum insultant
furoribus quondam crudelib'

Et plebi xpi solamen suppeditans
in cunctis laborib' lubrici seculi ·
Uos xpi martyres
Nos ualde fragiles :
Precibus nos iusto iudici sinceris
iugiter commendare curate ·

UNDE SUPRA ·

TUBAM BELLICOSAM
quam dī non uerentes serui
Procedunt ad bella geminis
Horrendum instructa hostibus
Tubam mutem' consone uocis socii ·
Et quos uirtutum meritis socordes
nequimus imitari pangam' melo ·
hos athletas summi dī ·
Est aggressus inimicus
multi formis nequitie ·
Blandimentis fallacibus ·

AEUIA

auertitate auertere·
Ast illi cor sursum addnm
librando sollerter disrumpunt.
tendiculas trucis aucupis·
Tunc iratus hostis latens·
Uim furoris inapertum
seuiendo euomuit·
Armauitq; membra sua
aduersus di milites·
Sed ipsi uincentes omnimoda
poenarum genera sua capita
dicarunt xpo regi laureanda·

DE YNO MART. UIRGO PLORANS·

QUID TU UIRGO
mater ploras rachel formosa·
Cuius uultu iacob delectat
Ceu sororis aniculae
Lippitudo eum iuuet·

Terge mater fluentes oculos.
Quam te decent genarum rimule
Heu heu heu quid me incusatis
fletus in cassum fudisse
Cum sim orbata nato paupertatem
meam qui solus curaret
Qui non hostibus cederet angustos
terminos quos mihi
iacob adquisiuit.
Quique stolidis fratribus
quos multos pro dolor
extuli esset profuturus.
Numquid fluendus est iste.
Qui regnum possedit celeste.
Quique prece frequenti
miseris fratribus
apud dominum auxiliatur.
ALIA UNDE SUPRA.

ALLELUIA

MILES INCLYTE FORTISSIMI
regis xpi nos adiuua.
Seruos eius multum reos.
atq; poena dignissimos.
Pro qualitate facinorū heu nr̄orum.
O tu qui propter xpi leges san
guinem effudisti et uitam
posuisti.
Legi ruptis morteq; dignis
indulgere nobis xpm
testis eius posce.

DE SCA TRINITATE.

ALLELUIA

BENEDICTA SEMPER
sc̄a sit trinitas dītas scili
cet unica coequalis gloria.
Pater filius sc̄s sp̄s tria sunt
nomina om̄a eadem substantia.
Ds̄ genitor ds̄ genitus in utroq;

sacer sps ditate socius.
Non tres tamen dii sunt
ds uerus unus est sic pater
dns filius spsq. scs.
Proprietas in personis
unitas est et in essentia.
Maiestas par et potestas
decus honorisque per omnia.
Sidera maria continent arua
simul et uniuersa condita.
Quem tremunt impii tartara
colit quoque quem
et abyssus infima.
Nunc omnis uox atq. lingua
fateatur hunc laude debita.
Quem laudat sol atq. luna
dignitas adorat angelica.
Et tuos uoce pcelsa nunc una

simul et iubilemus alti throni
dn̄o laudem in excelso
Eia et eia nunc una simul et iubi
lemus organica cantica
dulce melodia·
O ueneranda trinitas
O adoranda unitas·
Per te sumus creati uera
tu caritas·
Per te sumus redempti summa
tu trinitas·
Populum cunctum tu p̄tege
salua libera eripe et emunda·
Te adoramus omnipotens tibi
canimus tibi laus et gloria·
YNDE SUP̄· METENSIS·
AEVIA PROMPTA MENTE
trinitati canamus indiuidue

Patri summo qui cuncta
condidit uerbo ·
Eiusq· sc̄o et unico filio d̄o·
Uniuersalem per quem pater
fecit machinam ·
Sp̄uiq· qui procedit
ab utroque ·
Et omne bonum fouet
auget & adimplet ·
his tribus est par et simplex
unaque d̄itas ·
Nescia crescendi numquam
quae ualet minui ·
Absq; tempore regnans
temporibus metas imponens
Et mortalibus pie quaerentibus
uitam condonans ·
Quam nobis dare dignetur ·

ITĒ DE SC̄A TRINIT.

AE
EVIA

ALMA CHORUS DN̄I
compangat nomina summi.
Messias sother emmanuhel
sabaoth adonay.
Est unigenitus uia uita
manus homo usion.
Principium primogenitus
sapientia uirtus.
Alfa caput finisque simul
uocitatus adesto.
Fons et origo boni paraclytus
ac mediator.
Agnus ouis uitulus serpens
aries leo uermis.
Os uerbum splendor sol
gloriae lux et imago.
Panis flos uitis mons ianua

petra lapisque.
Angelus et sponsus pastorque
propheta sacerdos.
Athanathos yskiros otheos
pantocrator ysus.
Conseruet sicubi nos
saecla per omnia doxa.

DOM DIE CANENDA.
METENSIS MINOR.

STANS A LONGE
qui plurima perpetrarat
facinora.
Atque suo reuoluens
secum crimina.
Nolebat alta contemplari
caeli sydera.
Sed pectus tund[ens] sic exprime-
bat ore lacrimas.

Ds pͥpitius mihi peccatori esto

Et mea om̄a pius dele facinora.

Hac uoce benigna

promeruit clementiam.

Sed & iustificatus descendit

in domum suam.

Cuius nos sacra sectantes

exempla dicamus dō.

Ds benigne n̄ri miserere

laxans debita.

Pius et nos iustifica.

Aurea spes patrię specimen pietatis opimę ·

Salue et nos alacris sep̄ adire uelis

Munera parua nimis haudquaquā c̄dona uotis

Ecclę matris accipe nunc hilaris

Nos tibi p̄mittit quę quondā lacte refouit

Texit et algentē pauit et ęsuriē · Aurea

Iā q; uiri sup effectu festiua triūphat

Cuius pfectu splendida nota gerit

Oli te genibus carū nutrire alūnū

Nc̄ uisura suū nobile p̄sidiū Salue ·

Quę q; p̄us baculi paruū moderamine rexit

Nc̄ te pastore gaudet ad ēē sibi

Ecce sinu pandit te susceptura fouebit

Infigens labiis oscula casta tuis Aurea

Amplexat' amat ueneratr' honorat obumbrat

Gaudet habere suū pontificale caput ·

Hinc rogo ppendas qđ matri tale rependas

Has sibi redde uices ut pietate colas Salue ·

Iā q; salutaris t·biuũ lima reddit artis
Hoc ut idē facias sī por ipsa facit
Federa bina pari sub religione frequentas
Inde uocat cunctis mat̃ & hinc retinet. dapra
Hęc pastoris opē nati hęc implorat amorē.
Illā lege fide hanc pietate cole.
Versib; his p̄sul te nutris fida salutans.
Deposcit uultū leta uidere tuū.
Ꝑsonus te unū dnm dextrate suū
Omnes oramus quo tibi longa salus
Assit & ut ante fungaris sorte beat;
Preuius & ducas pastor ad alta gregē. dapra
Sidera clara prius uiso aduenitante decore
Splendidius multo fulta nitore micant
Menibus ecce suis gaudens locus ipse resultat.
Se gaudere ꝓbat quis ualet in oicus.
Astant ecce patres uotiua precamina dantes.
Et te corde pio quisq; beare cupit.

I n sp̄er & pp(o)pulus nos presul insert letus
Cl rget ad optatas nos super eē preces.

rates honos ierarchia & euphonizans tibi intermi
nabiliter imnologia. Aero sc̄a tu patris hos
tia ihs xp̄e rex monarchos omniū antistes & eu
logumene. ietate tu ppitiator qui gratu
ita ipsū te propt̄ nos obtuleras stauros in ara
uauitatis spirans deo torridulus odorē cum
heumandritta pro[illegible] innocentea
grege cruorem. as excoctus igni passionis
ut testaceū phisin plastes fragiliū summe
restaures pius ire uasorū. egis qui pec
catum quiesq. factus es maledictus libidinis
uictimarū bestiale nostrū celitus o emanuel
ablue delictū econciliator asilum spesq. so
la reor. I nspirans dediticiam tu confessionē
fer nobis paraclite propitiationē
u magnus respice parvulos archiatros

morbidulos. t contra mortis porrum uite p

pines antidotum. u totius desiderium bonita

tis genus generalissimum gaudimonium tu quã

uerissime iperboleum solaq; tu sotheria tu clemens

nos intima pasce theoria. eu panta eleymon

aphisis benignula tu tono marthion sanctimoni

... dulce iucundule tu delitie portus quietis

unice archos patrum & optimas eleyson ymas

ac nos ... que ... ebrietatis spiritua

lium dulcedinis eternorum mire dilectionis sophie

que salutaris quo uitis fore palmites fructus

plures ferre queamus letantes. t tu solus

qui fortiter crucis torcular triste q; prelum

ui degentibus nullus q; tecum ide ipse botrus

eligans cipri rubicundulus calcasti bibens nobiscum

potum te nobis ipsum tui fer patris in regno.

os ut immolantes tui sanguinis sacri tibi ru

bentia musta quotidie mundi corditer &

intime nud[illegible] crucē nuduli baiolem[us] carne & nos.
eq; dux sequamur sponte uoluntaria non ab re
ut simon & in angaria mundo reuera moriend
tibiq; nos non nobis uera uita p[ost] hec uiuendo
e. xp̄e noster crucifixe prestante tua pietate
nimia qua redemptio sola totaq; nostra tu
propitians es misericordia;

Bl. 24b ist am 29. 12. 1891 für André Noblat photographiert.





